

cap. xxxiii. & cap. xxxiv. prosequitur: ubi addit, neminem citra culpam aut ludis, aut choreis vacare posse nisi animi levandi gratia, non ex affectu: idque ratio, & ut honestis hominibus, quibuscumque versatur, morem gerat. Prudens enim & moderata lubricio proprie voluntatis voluntati aliorum servatis christiana prudentia regulis, aliquando, quae indifferentia sunt, bona, & quae periculosa, licita efficit & innoxia. His conditionibus paratos chorearum fungos, seu boletos comedere ratio concedit S. Franciscus, non absolute, sed tum solum, cum nequeat quis sine honestorum mulierum offensione ab illidem se subducere.

V. Dicant nunc nobis recentes Theologi, qui chorearum sponsores alieque sanctum Franciscum Saleisiam, num choreae hodiernae agantur non ex affectu, non ob voluptatem, sed brevissimo tempore, & animos gravium, ferarumque occupationum onere fatigatos relaxandi gratia? Dicant, num femine hodiernae saltatuae accedant a mortis meditatione inferni, aternitatisque consideratione munitae? Num homines, non ut proprias expleant cupiditates, nec ut concupiscentiae indulgent, sed ut se ad aliorum prudentem voluntatem conforment, choreis vacent? Dicant, num, temporis brevitatis, modestia, raritas, aliaque cautiones a sancto Francisco praescripserit, revera in hodiernis choreis servantur? Videant ergo quam indignam notam inurant sanctissimo viro, dum illum patronum adicunt chorearum, quae, experientia teste, sunt flagitiorum, luxuria, superbia, simulatrix, rixarum, aliorumque simulum lentinae, & scaritiginis. Interrogent, serioque examinent Confessarii tam viros quam mulierculas choreis deditas; intelligenteque vera esse omnia quae diximus. Nec satis est, si qua mulier dicat, nullam se habuisse intentionem pravam. Interrogetur, num certa sit, prociuum fiamm, quocum saltavit, ab hoc pravo animo immoventem fuisse; num ille signis aliquibus, vel oculorum obturbibus, vel tactibus, vel duciorum alogio, interioris libidinis indicia detegit; num post choreas pravae cogitationes animi inselaverint, nam placere hominibus affectaverint. Haec & his similia serio examinantur colligent, vix aliquam feminarum, vetulis, & deformibus exceptis, aut virorum quemquam choreas diu frequentasse abique culpa: ceteros autem omnes permultis ob choreas habitas criminibus implicatos comperient. Immunitas a culpa quam rusticis choreas agentibus aliqui tribuant, commentaria

est, & chimerica: non enim minus illi quam nobiles, otiosis vulnere laesantur. Si coeunt atque robustior. Denique quod aliquis can peccet, regula esse nequit, si vix in eo & consuetum chorearum usum licitum ostendat. Illud scio, quod sanctiores sunt, eo esse a chorearum consuetudine magis alienos. Opportuno ac sapienti dicto, quo sanctus Franciscus Saleisius suum claudit cap. xxxiv. huic ego capiti finem impono. Magni ignes fortius accenduntur ad venosum statum. Igenes parvi, nisi operiantur, extinguuntur. Vide, sit ne ingens, an exigua in corde tuo caritatis flamma. Si tenuis est, a flamma carnalis amoris penitus suffocabitur. Nemo hac in causa temetipso iudex melior. Misericordia Theologorum diffidit, errat ex ipsa manifesta experientia prudens Confessarius honestatem, aut vitium chorearum.

CAPUT IV.

De verbis turpibus, & de familiaribus cum feminis colloquio: de osculis, & tactibus: de mutua virorum ac mulierum conversatione.

At extendam hic disputatio esset de theatris & comediis, sed peculiarem hac de re dissertationem dabo. Facillima, quae propositi, explicanda breviter sunt.

I. Quaest. I. *Quandoviam obscena verba sunt peccata gravia?* Resp. Turpis locutionis incertus habet limites. Quae siapte naturae gravia culpa sit, vix definit absolute potest. Locutiones tamen aliqua sunt quae vix a gravi culpa exulari queunt. Eiusmodi vix pudendum descriptio, concubitus narratio aut quae ad venereum concubitum provocat. Haec colloquia, si habeantur coram mulieribus, puellis, honestis virginibus, & adolescentibus, gravia crimina sunt: siapte quippe natura venereum excitant, sensus commovent, curiositatem inducunt, & scandalum grave ingerunt. In eiusmodi tamen locutionibus semper peccata sunt circumstantiae loci, temporis, & maxime personarum coram quibus fiunt. Verba amatoria, quae a juvenibus proferri, & cani solent, non semper gravem militiam continent; semper tamen periculi plena sunt. Si in eiusmodi verbis, vel locutionibus adfit prava intentio excitandi venereum, aut amorem lascivum, dubio procul gravia crimina reputantur. Item, quoties juvenes experintur aut se, aut alios eiusmodi cantilem commoveti, & incitari ad luxuriam. Consiste-

randum quoque, utrum eiusmodi cantiones contineant verba turpia; & obscena, quae natura sua scandalum inferant. Verba tandem illa atque turpia, quae in communi sermone adhibere viles homines solent, cum iam ex abusu scandalum non inferant, non sunt censenda peccata gravia; nisi aliqua circumstantia aliter indicat cogat. Qui vero luxuriae mancipati ita obscena & impudica flagitia enarrant, veluti de impudicitis suis gloriantes, graviter peccant, & ob scandalum quod aliis inferunt, & ob delectationem quam ipsi in eiusmodi sermone percipiunt.

II. Non solum obscena, verum etiam pudica cum mulieribus colloquia, periculorum plena sunt, si fuerint familiaria, & frequentia. Patres admovent ut vel ipsi homines qui spiritualis nuncupantur, & resple sanctiorem vivendi formam observant, a familiari familiaritatis dominium, vel mulierum, plura scribit; quamvis non leve dubium mihi occurrat, sit ne Angelici Doctoris opusculum istud; istius enim nimium serpit, & a praesa Angelici Doctoris scribendi ratione est valde diversus. Cuiuscumque tamen sit opus, documenta praebet opportuna, & valde digna ut producantur. Et quoniam spiritualibus loquitur, propter quos ista scribuntur, noverint ipsi, quod, licet carnalis affectio sit omnibus periculosa, & damosa, eis tamen perniciosa est magis, maxime quando convesantur cum persona quae spiritualis videtur. Nam quomodo eorum principium videtur esse primum, spreus tamen familiaritatis dominium est periculum, delectabile instrumentum, & malum occultum homo calore depictum. Quae quidem familiaritas quanto plus crescit, tanto plus infirmat principale matrum, & utriusque puritatis maculat. Non tamen de hoc statim suspicentur, quia sagittarius a principio non mittit sagittas venenatas, sed solum aliquoties vulnerantes; & amorem augmentantes. Ad tantum vero in brevi deveniunt, ut iam non velut Angelos, sicut ceperant, se invicem alloquantur & videant, sed tamquam carne vestitos se mutuo intueantur, & sentiant mentes quibusdam commendationibus, ac verbis blanditiis, quae videtur primo ex devotione procedere. Exinde unus incipit appetere alterius praesentiam corporalem: quia forma, vel species corporis in utriusque mente concepta incitat eos ad volendum praesentiam corporalem, quatinus

eis praesentia mentalis. Siquae spiritualis devotio paulatim convertitur in corporalem, & carnalem, & sic ipsorum mentes, quae solentur in oratione cum Deo abique intermedio loqui, nunc inter se & Deum alter post alteri verba corporalem effusent, quam velant, & obtebrant ponentes sibi ipsi faciem Dei cum facie creaturae. Plurima alia ibidem habentur, quae mihi facio.

III. Quaest. II. *Oscula, tactus, & amplexus sunt ne secundum se peccata?* Resp. Sententia negans communis, & vera est. Nec minus manifesta est ratio. Si eiusmodi actiones secundum se peccata essent, nunquam licitum foret oculis, tangere, amplecti amicum, parentem, fratrem &c. Quomobrem inquit Angelicus 2. 2. quaest. cliv. art. 4. *Osculum, amplexus, vel tactus, secundum suam rationem non nominat peccatum mortale. Possunt enim haec abique libidine fieri.*

IV. Oscula, amplexus, & tactus virum inter & feminam, peccata iuxta morem pariter in mutuae benevolentiae, & amicitiae argumentum, honesta, & licita esse, communiter Theologi docent. Exempla produnt ex ipso Evangelio. Matth. xxvi. Iudas osculatus est Christum Dominum. Primi Christiani palam osculo se salutabant. Hinc colligitur Salomonicus tract. xxvi. cap. iii. punct. 3. §. 11. n. 37. ex aliis Theologis, quod delectatio ex praedictis osculis secuta, etiam est licita; cum licitum sit delectari de vestificatione, & usui signi talis amicitiae.

V. Haec in statu innocentiae sancta dubio procul essent. Verum, quod in praesenti corrupte naturae statui viri & mulieres mutuo se osculantur, tanguntur, & amplectantur, & quod heinc delectationem capient abique ulla culpa, mihi summopere difficile est. Possit id contingere non adfuerim, sed quod reapse id eveniat, vix negaverim. In more rustice postea apud Hebraeos primoque Christianos virorum reciproca oscula, verum habent. At quod eadem vigorit oculorum conuersueto inter mulieres, puellas, & viros, iuvenescit, nullibi legitur. Quare nunquam inter utriusque sexus peritus permitteret haec reciproca oscula. Si quis sit patrie mox haec peragendi, illum aufertendum proptus fuaderem quam probrem. Horum omnium praxis periculi, ut minus, plena est. De manuum tactibus in signum amicitiae, earumque osculis in signum obsequii, & subiectionis, ut quando inferioris notae viri manus dominarum suarum osculantur, nulla est difficultas.

VI. Licetum est medicis, & chirurgis tan-

gere mellebrata aut curacionis causa, aut intensiorem flexus diversitatem. Omnis quippe corporis partes propter bonum, & integritatem totius corporis instituta sunt. Si quae pars male affecta corporis rumpam minatur inducere, iure curatur, ut corpus preseruetur. Liciti ergo sunt eandem partium tactus. Quod motus, aut delectatio venerae infirmitate, voluntate repugnant; tactus illi non propterea noxii evadunt. Si tamen medicus, aut chirurgus tentationibus pravis succumbet; abstinere ab eiusmodi curacionibus debet, aliis subministrari curacionibus.

VII. Si virgines honeste magno sustulerint pudore in eiusmodi curacione, aut obnoxia essent periculo succumbent venerae delectationi, obsequium Deo gratum praestarent. Ipra corporali vita, spirituales servantes. Hoc tamen discrimen est, quod si solus pudor superandus esset, expeditius foret pudorem vincere quam mortem obire. Ut licite virgo mortem optaret potius quam patiatur pendendum partium tactus, necesse est, ut caelesti caritatis amore fuscata id praestet. Nec enim ob solam naturalem verendum, & insitam repugnantiam permittitur est vitam corporalem amittere. Quare spectanda sunt circumstantiae. Nam, si pudor effectus sit eujusdam naturalis repugnantiae, tum sperandus; si vero pudor sit prudens, & ex motivo virtutis, seu castitatis amore proficiscatur; tum praeferi curacioni potest; contempta spe sanitatis, seu vitae redimenda. Quando vero ex eiusmodi curacione grave imminet periculum delectationis venerae, tum antea non omnino debet custodia castitatis vitae conservari.

VIII. Quæst. III. *Oscula, tactus, amplexus inter personas utriusque sexus sunt ne peccata mortalia, si ob delectationem carnalem peragantur?* Resp. Triplicem distinguunt Cassianus delectationem, carnalem, scilicet veneram, spirituales, & sensibiles. Primam sic finit cum Galeno Lib. XIV. de usu part. cap. ix. & x. *Delectatio in carne confurgens ex motu libidinis seu si, qualis est substantia feminis, & malevolens per commotionem spirituum delectationem generat.* Delectatio spiritualis est complacencia voluntaris de re turpi, seu actu venero cogitata. Hac delectatio, utpote spiritualis, non est organo corporeo illigata, nec sensuum commotionem necessario affert; communiter tamen iuncta est carnis, & sensuum commotioni. Internum enim illud gaudium, seu complacencia foras erumpit, & exteriores commovet

sensus. Tertia delectatio sensibilis est solo tactu, seu proportione, & conformitate rei delectatio cum organo tactus ortitur, qualis est delectatio quae ex contactu rei blanda, & mollis percipitur. Idque patet in guttu, in musica, & in exteriore ipso contactu. Sensus enim illi ex suavi blandaque coniunctione cum obiecto congruo, & proportionato sensibile experimtur delectationem. Innocens, & cuiusque culpa vacua est delectatio ista naturalis, & sensibilis.

IX. Ad delectationem veneram quod attinet, plures recentiores olim propagarunt, venialem dumtaxat culpam esse delectationem perceptam ex oculis, & amplexibus, quam solentiam damnavit Alexander VII. in propositione 40. *Est probabilis opinio quae dicit esse tantum veniale seculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quae ex oculo oritur, seculo periculo consensus ulteriores, & pollutionis.* Coniungitur in hac propositione delectatio carnalis, & sensibilis, ut intelligas nomine delectationis sensibilis ipsam delectationem carnalem, seu delectationem quae sensibilis sit simul & carnalis. Delectatio enim mere sensibilis, quae ex visione, tactu, & osculo percipitur, ab omni culpa suapte natura immunis est, sic mulieres osculantes infantes, & ex genarum molli tactu delectationem sensibilem experientes, nullam perpetrant culpam. In propositione igitur damnata delectatio sensibilis coniungitur cum delectatione carnali, ut pateat solam delectationem carnalem, seu veneram noxiam esse.

X. Sententia itaque certa est, delectationem carnalem, seu veneram, ex oculis perceptam, culpam esse letalem. Ratio est manifestissima. Quoniam delectatio de re pravitur illicita mortalis est, ut patet in delectatione de homicidio. Atque delectatio capta ex osculo mulieris est de re graviter prohibita; est enim de fornicatione futura: quoniam eiusmodi oscula, & amplexus carnales, & veneri sunt via quae ad fornicationem disponit. Porro non fornicatio modo, verum etiam quae ad fornicationem disponunt, interdicta censentur.

XI. Quæst. IV. *Tactus, amplexus, oscula ob solam delectationem sensitivam, & naturalem exercita, sunt ne peccata mortalia?* Resp. Dictum est supra, delectationem naturalem, quae coniungit ex mero exercitio sensuum, absolute spectatam, immunem a culpa esse. Eiusmodi est delectatio quae percipitur ex visione rei pulchrae, ex auditione musicae, ex tactu rei lenis, & mollis. Que

delectatio suapte natura nullum prodit ordinem ad copulam, seu ad rem veneram. Advertendum tamen, has delectationes non careere culpa, si careant honesto fine, ut suo loco fufus explicabitur. Hac omnia communia sunt.

XII. PP. Salmanticenses tract. xxvi. cap. 111. quæst. 3. §. 3. num. 4. docent, tactus, amplexus, oscula inter personas solutas, & adultas, ac diversi flexus etiam idoneas ad coitum, si fiat praesens ob solam delectationem sensitivam, naturalem, seculo periculo ulteriores delectationis venerae, & pollutionis, vacare culpa mortali. Quoniam haec delectatio, inquit, metaphysice, seculum prodiit malitiam; nec alterius speciei est ab ipso tactu quem consequitur: Sed metaphysice loquendo, inquit, non repugnat quod talis delectatio pure sensitiva separatur a delectatione carnali, & venera; cum ex se, & ex suis praedicatis intrinsecis, & metaphysice nullam dicat cum ea connexionem. Ergo nostra assertio, concludunt, est metaphysice, & speculative vera: & hac opinio speculative probabilis. Allegant auctoritatem Salmanticensium Scholasticorum, qui fufus eandem propagant opinionem.

XIII. Si homines amplecterentur, tangerent, & oscularentur mulieres metaphysice, & secundum illarum praedicata essentialia, & videlicet si oscularentur haec duo praedicata *animata rationalia* in abstracto, conclusio verum esset. At cum in praesens sermo sit de tactu, amplexu, & osculo mulieris physice, & infecta carne compacta, & concupiscentia, atque libidine ardentis; cum sermo sit de osculo figendo muliebri vultui physico: doctrina Salmanticensium non modo intempelliva, fallaxque est; sed, pace tantorum virorum dixerim, talis est, ut incautus lectoribus praebet errandi occasionem. Quid enim refert quod notiones delectationis sensibilis, & venerae absolute differant, & metaphysice separari queant; quando in praxi, attenta humanae naturae corruptione, aut vix separantur, aut vix percipi possunt quandoniam haec delectatio sit tantum sensibilis, aut carnalis? At reapse, inquis, quandoque separantur. Transit. Sed numquid compertum tibi est quando reapse separantur? Numquid securitas datur sistendi in mera delectatione sensibilis, & non ultra progrediendi ad carnalem delectationem? Ergo sola temeritas te exponendi periculo gravissimo venerae delectationis letalis est.

Conc. Theol. Tom. IV.

XIV. Neque hinc inferas, licita numquam esse oscula, neque secundum morem patriae habita. Quoniam oscula iuxta morem patriae in signum christianitatis, & civilis benevolentiae sunt, secus ob delectationem sensibilem captandam. Hanc semper improbandam asserimus. Quare laudati Salmanticenses, postquam disparationis gratia metaphysicam quætionem versarunt, tandem non, absque conclusioni, eiusmodi tactus, amplexus & oscula in praxi, & mortaliter esse peccata mortalia, quando sunt inter personas diversi flexus, & aptas ad copulam. Nam de oculis infantium nulla est difficultas. Quamquam & pueri, lumine rationis imbuti, caute, & prudenter deocendi sunt ut abstinere ab eiusmodi oculis, & amplexibus. Parentes ipsi exempla castitatis, & pudicitiae praebere filiis, & filii debent, abstinere ab eiusmodi nimium effeminati amoris signis. Ne multa: quo facilis virtutis istius splendor obscuratur, quo vehementer est concupiscentiae impetus, ignique auditor, eo est levior adhibenda custodia, caute circumspicito, expreßtor vigilantia.

XV. Adnotare lubet, Franciscum Sylvium in 2. 2. d. *Thomæ quæst. civ. art. 4. concl. 4.* laudatam Salmanticensium opinionem propagare. Quod ideo adverte, ne lector incautus a tanti viri auctoritate decipiat. Non raro enim laxa docet hic, gravis alioquin, Theologus. Sed quod mirari satis non possum, ipse P. Paulus Comitulus in hanc concedere opinionem videtur *Lib. IV. respons. moral. quæst. xx. num. 6.* Verum quidem habet, Comitulum expressè non loqui de suavis quae exerceatur inter personas solutas, & diversi flexus, aptatae ad copulam; quibus, ut ex num. 5. colligitur, de his oculis, tactibus, & amplexibus sermonem habet quae aut matres cum filiis, aut fratres cum fororibus exercent. V. Diana refert hanc Sylvii, & Comituli opinionem, & post illorum adductas rationes sic concludit *T. VIII. tract. vi. resol. 9. §. 1.* *Sed ego puto contrarium sententiam tenendam esse, & in his materiis non esse laxandas habenas.* Utinam in omnibus propositum tale versasset laudatus Auctor. Causa deceptionis in illis Anthonibus fuit incondideratio obligacionis vitandi periculum probandam a delectatione sensibili in veneam.

XVI. Quæst. V. *Tactus impudicus, puta in partibus venerandis, aut in illis affinis, sunt ne peccata mortalia?* Resp. Affirmant communiter omnes: quia similes tactus graviter excitant concupiscentiam, & luxuriam;

R. ad.

adversatur pudori, & honestati naturali; ac periculum includunt pollutionis. Sanchez *Libr. IX. de matrimon. dispur. xlvii. m. 11.* Navarrus in *Manual. cap. xiv. num. 3.* & alii docent, tactus huiusmodi culpa gravi carere, si supra vestes exerceatur. Hanc eandem opinionem defendit P. Claudius La-Croix *Libr. III. part. 1. n. 004.* allegans auctoritatem P. Sanchez. PP. Salmaticenses *loc. cit. §. 4. numer. 49.* hanc opinionem admittunt in dubium probabiliter practice, & speculative, prout committitur adhibetur, fictitia est, & plurimum laxitatum origo. Opinio que non est probabilis practice, neque est probabilis speculative; nisi varietur circumstantiis. Quando autem variatur aliqua circumstantia, variatur quoque opinio: nec remanet eadem ac prior. Quoties igitur una opinio, omnibus circumstantiis spectatis, non est probabilis practice, neque est probabilis speculative; ut fufus loco lo- co. Sed relata opinio, ut improbabilem tum speculative, tum practice, reicimus. Tactus enim isti practici sunt, non speculativi. Nec audiendus P. La-Croix docens *cit. numer. 904.* veniale tantum peccatum esse, si fiant eiusmodi tactus ex *levi delectatione tactus vestium.* Delectatio hac non captatur ex vestis contactu, siquidem vestes tangi possent in brachijs; sed delectatio est ex tactu pudendum, veste media. Hanc porro delectationem mortalem esse, non venialem, asserimus.

XVII. Item dicendum, si fiant tactus isti inter personas eisdem sexus. Nam, & tunc adversatur pudori, ac honestati; & vehementer provocat ad lasciviam, pollutionem, aut sodomitam. Exciptendi sunt pueri natantes, qui casu, & absque ulla prava intentione se tangunt. A culpa tamen gravi eos non exculamur, si deliberato animo, & data opera in dictis partibus se tangerent. Nam tum nulla adesse causa cur possent a malitia excusari.

XVIII. Quæst. VI. *Sunt ne coniugatis liciti tactus partium pudendarum?* Resp. Distinguendum est. Tactus isti, si precedant copulam, disponantque ad illam, liciti sunt. Id in questionem vertunt recentiores Theologi, sine ne tactus isti coniugatis liciti, absque ordine ad copulam, delectationis gratia exerciti? Adfirmant Sylvius 2.2. q. clv. art. 4. cons. 6. Vaquez *in 1. 2. dispur. cxviii.* Diana, Coninch, Dicastillo, Antonius a Spiritu sancto, Hurtado, & alii non

pauci. Quoniam, inquit, quibus licet manus, licet & minus. Sed coniugatis licita est copula. Ergo multo magis liciti sunt tactus impudici, dummodo abijt pollutionis periculum.

XIX. Secunda sententia negans mihi probabilior, & vera est. Quoniam ex una parte prelate actiones adnexum habent periculum copulam, & magnam indecentiam. Ex altera parte nihil in eis apparet honestatis, in quam referri queant. Nec eiusmodi impudice & obsecræ actiones sunt mutui amoris, & benevolentie testimonia; sed impotentis potius luxurie, & indomite concupiscentie argumenta.

XX. Nec adverte opiniois ratio urget. Utrique cui conceditur maius, conceditur & minus. Coniugatis permittit licita copula, qui conducunt ad copulam, & tactus, qui conducunt ad copulam, & tactus, vera sunt. Neque de hoc in presens questio est. Id nunc in disputationem vertitur, sint ne liciti eiusmodi tactus ob solam voluptatem extra copulam, & absque ordine ad illam, seu quando coniugati non habent animum coeundi. Et tunc dicimus, eiusmodi tactus esse peccata gravia, si sint libidinosi, & ob voluptatem veneream exerciti. Oscula tamen illarum partium, neque ut previa ad copulam, permittenda sunt, quia nimium contraria honestati. Animadvertendum etiam, tum eiusmodi tactus verendum in coniugatis esse peccata gravia, cum libidinis explenda, & voluptatis captande causa sunt. Ceterum, si vel ob levitatem, aut aliquam circumstantiam uxor tangeret mariti virile, aut contra, non illico damnare hunc actum culpe saltem gravis. Circumstantie ergo spectandæ. Pudicitia, castimonia, & pudor circumstantie sunt coniugatis; ea tamen castimonia, & moderamine, ne nimis onerosam evadat matrimonii iugum, aliquin gravissimum. Extrema vitanda. Matrimonium magnum, sanctissimumque sacramentum est. Caste ergo, pudice, & sancte exercendum: idque omne coniugatis vitandum est quod turpitudinem redoler.

XXI. Quæst. VII. *Oscula, tactus, & amplexus, litteraque amatorie sunt ne inter sponsos licita?* Resp. Adfirmant non pauci recentiores. Si enim, inquit, licita est coniugalis copula; licita quoque erunt sponsus oscula, tactus, & amplexus, que sunt quedam copule initia, sicut sponsalia exordia sunt, & preambula ad matrimonium. Quam tamen opinionem temperant, dicentes, dum-

modo abijt periculum pollutionis, & delectatio venerea absque, solumque sit delectatio sensibilis.

XXII. Hæc opinio penitus improbabilis, & falsa est. Quoniam iam supra ostendi, & preface oscula, amplexus, & tactus inter personas solutas, ob delectationem sensibilem capiendam, esse peccata mortalia. Ergo eiusmodi malitæ sunt pariter inter sponsos. Nam dum sponsalia sint via ad matrimonium, nihil licet sponsalia sint in alterius corpus ius, tum tamen conferunt in alterius corpus ius, ad dominium. Ergo nullum ius habent sponsi ad mutui oscula, amplexus, & tactus. Igitur qua ratione verita est sponsis copula ob privationem dominii, eadem quoque verita sunt illis eiusmodi oscula, & tactus, que disponunt ad copulam. Si sponsus ius aliquod haberet osculandi sponsam, eam nemo dixerit oscula cogere possit. Hoc nemo dixerit. Ergo neque primum dicendum est. Et, rit. Ergo neque primum dicendum est. Abmissis pluribus alijs rationum momentis, absurdum que oppositum consequuntur sententiam, eiusdem falsitatem evincunt. Quippe eiusmodi oscula, amplexus, & tactus inter sponsos moralia quadam necessitate consequuntur pollutiones, fornicationes, aliqua obsecræ. Exceptio contraria opiniois, permittentis preface actiones, dummodo abijt periculum contentiendi in rem veneram, & pollutionem, fictitia est, & chimerica. Ardet inter sponsos mutus amor, iuventutis fervet sanguis, familiaritas, quam sponsalia præbent, inclinatio naturalis in verita, & plurima ælia adeo vehementer irritant, titillant, accenduntque concupiscentiam, ut in praxi moralia quadam necessitate insurgant delectationem, venerem, & pollutionem. Et, ut paucis rem finiamus, sponsalia nihil omnino iuris præbent in copora sponsorum. Idcirco, quemadmodum ceteri, ita debent & sponsi abstinere a quibuslibet osculis, tactibus, & amplexibus. Que ut evitent, tenentur declinare familiaria colloquia, frequentem conversationem, & cohabitationem. Verum de his plura in tractatu de matrimonio.

XXIII. Quæst. VIII. *Peccat ne mulier que adverte se tangi libidinosè, non resistit, non se retrahit?* Resp. Primum convenit penes omnes, peccare mortaliter feminam que certo sciens se tangi luxuriosè, non reluctatur, & spectatis circumstantiis, non resistit procum se tangentem. Quando vero tactus ius extrinsecus honesti, & iuxta modum patrie in argumentum civilis honestæ benevolentie exerciti; tum, si mulier

absque scandalo vitare oscula, & tactus nequeat, potest illos permittere, ne patescat tangerens peccatum. Verum raro accidere potest ut nequeat mulier absque scandalo repellere libidinosum osculatore. Nam, si sortito prima vice tangatur honeste iuxta morem patrie, & nequeat ante primum osculum, aut tactum extrinsecus honestum, interiorum osculantis lasciviam advertere; cum postea ex illo primo osculo, vel tactu deprehenderit osculantis libidinem; tum, si altera vice accedat, plurimis viis absque scandalo se se libidure poterit. Quare nimium faciles sunt plures recentiores Casuiste in excelsis sub pretextu scandali feminis ab huiusmodi cooperatione in aliorum peccata. Si oscula, tactus, & amplexus non fiant iuxta morem patrie; omnes docent, mulierem peccare mortaliter, nisi se retrahat.

XXIV. *Peccat ne hodierna mulierum, ac virorum conversatio?* Resp. Novus promiscue conversationis mos dira est prole, verecundia, modestia, & castitatis peris, familiarium ruina, divitiarum iactura, matrimonialis thalami contaminatio, dissidiorum inter coniuges occasio, negligende educationis filiorum causa, temporis dissipatio, & omnium fere christianarum virtutum exterminium. Fula oratio necessaria est ad eum pro maturo reprobandum; sed paucis rem expediam. Sermo est non de civili illo, honesto, atque necessario commercio, a quo nec viri, nec mulieres abstinere valent; at de hodierna conlutendæ, verius dixerim: corruptæ, promiscue inter viros & mulieres conversationis, in qua quisque suam habet *Diam,* cui intersit, cum quo loquitur, quam alioquitur, & ea agitur que palam omnibus sunt. Non modo illicitum hunc morem, verum etiam plurimum criminum causam esse propago. Innumera sunt Scripturarum testimonia que talem execrantur corruptelam. Ea in dissertatione de scandalo attuli: ideo hic, ne actum agam, missa factio. Vide que ibi dicta sunt. Radix illius moris in mulieribus est cupiditas congerendi varia manucula, quibus luxum, saltum, inperbæque pompas ostentare valeant; in viris autem ardens est concupiscentia. Mulieres ob insitam a natura vanitatem, & ambitionem obsequia, servitia, & anhelant. Ad vorationes, virorum captant, & anhelant. Vel ipse pudice & castitæ a mari, suspici, & videri ambunt. Hæc facile multa permittunt haminibus sibi obsequentibus, que sciunt peccata esse; sed sibi mentientes studet omnia alioque fucate-
R 2 gere

gere. Dum hanc consuetudinem hodiernam mutæ conversationis, familiarium colloquium, iocorum, factiarum, idorum, aliarumque illecebrarum confidit, vix lacrymarum comprimere valeo. Est quippe corruptela hæc plurimorum malorum fons. Mulier queque suam habet veluti ciutilium, qui sibi manum ad ambulandum porrigit, qui sibi in conversationis aula (quam si libidinis, & venustorum criminum sedem vocarem, a vero non abluerem) servitia præstat. Pluribus argumentis, & iudiciis intelligit se impudice amari, lupsina audit, fixos obtutus spectat, luxurie igniculos erumpentes conspicit, tactus amatorius quandoque sentit. Hæc omnia tamen dissimulat, omnia honesta esse affirmat, aut se ignorare interioris animi malitiam fingit. Interim Confessarius abolitionem impedit, & sacramentorum frequentiam eiusmodi feminis permittit. Et hæc una est innumerorum præsentis sæculi potissima malorum causa. Arceri a sacramentis debent omnes tum mulieres, tum viri qui eiusmodi conversationes, seu libidinum nundinas, frequentant. Revertende sunt, tanquam fucate, excusationes mulierum, que nihil impudicitie, nihil libidinis se advertere factant in his commerciis. Palam enim est hæc esse splendida mendacia. Quid? Homines ne mulierculis se subicerent, illis veluti mancipia vilissima ad nutum intervenerit, tot pecunias effunderent, rem domesticam neglegerent, proprias uxores fastidirent, tot incommoda patenter, nisi explenda libidinis fiducia adelles? Nobilibus quidam, amicitia federe mihi coniunctus, iactabat se nihil a Diva sua unquam obtinuisse. Ergo, inquebam ego, fatuus, stupidus, ac truncus es, non vir. Tot dispensia, tot vigilias, labores, incommoda passus es abique ulla mercede? Vah omnium stultorum dementissimum! Ad hunc exorcismum in honestum finem directum locutus est mutus, siquæ adulteria confessus est, & non negavit amplius. Qua confessione, vi istius figurate locutionis extorta, pertracta ad bonam se recepit frugem. Mulierem, que, occasione data, suos falsa esse lapsus, rogavi, cur tanta obtinacione defenderet tanquam honestam hanc conversandam consuetudinem, cum experimento sciret esse perniciosissimam corruptelam. Respondit. Eequid? Si fateretur morem hanc vitii quidquam habere, abstinendum ab eo esset. Ut eundem libere frequentare possimus, innoxium defendimus, quem vitiorum plenum in esse non ignoramus. Nisi hæc pauca sufficiant,

frustranea erit oratio prolixior. Conferas nunc hæc velim cum iis que sunt in P. Georgio Gobæ cap. II. ubi invenies hunc Probabilissimam talia docere. *Liquido scio, errorem fieri, in lecto puella cum proco cubent aliquos horas induti, & exant, & tamen nihil omnino immodicum agant, vel non nisi oscula, & turpes atrocitates exercent. Unde iudico, nonnullis illis puellis plebeis (atque ob varias considerationes sentio de nobilibus) que non videntur habere propositum nunquam amplius admittendi in lectum procum suum. Consultatione ista egent, an sunt lacrymis abolenda? Hæc casuistica theorema sunt inundantis hodiernæ malitiae icaturgines. In plebeis possunt eiusmodi promissive cubationes? Vah putidulam doctrinam?*

XXV. Quæst. IX. *Peccat ne mortaliter mulier que manum, pedem, digitumque suos conrectari, villicari, aut perfricari sentit, si non resistat?* Resp. Negat Thomas Sanchez Lib. IX. de matrim. disp. xvi. numer. 15, & 16. levari manum, pedis, digitorumque conrectationem peccatum esse mortale, eo quod delectatio heic captata levis sit. Opinio hæc falsa est, ratioque inutilis. Delectatio enim venerea, quæcumque sit, quando deliberata est, culpa gravi non vacat. Neque enim parvitas materia in hoc rerum genere admittitur.

XXVI. Quæst. X. *Peccat ne mortaliter qui propria pudenda tangit?* Resp. Qui tangit, aut uxoratus est, aut solutus. Si uxoratus, aut id peragit absente uxore, vel præsentem. Si absente coniuge la tangat impudice, & libidinose; proculdubio peccat mortaliter. Si uxor præsentem sit, & tactus fiat, ut dispositum ad copulam proxime habendam; tunc omni culpa vacat. Si autem tangens liber sit, seque ob delectationem venerem tangat; peccat mortaliter, omnibus sententibus. Si vero tactus fiat ob aliquam necessitatem, aut ex levitate abique ulla impudica delectatione, nullius culpe sunt. Sed aliena pudenda tangere, semper peccatum grave est; nisi id fiat ob necessitatem, puta medicine, & curationis.

XXVII. Quæst. XI. *Qui brutorum veneranda perfricat, irritaque ad effundendum semen, peccat ne mortaliter?* Resp. Negavit Thomas Sanchez Lib. IX. de matrim. disp. clvi. numer. 11. Quæ opinio in posteriori editione expuncta fuit, ut nimium laxa. Quare ad-

firmant communiter omnes, actionem hæc peccatum esse mortale, tum ob ipsam naturalem indecentiam, tum ob inleparabilem delectationem venerem. Quis enim inficitas delectationem venerem commovere concupiscentiam conficitantis, libidinemque eius accendere? Prætextus meræ curiositatis aspicendi brutorum semen stultus est, & vitiosa curiositas, que annexam habet quidpiam venenum.

XXVII. Quæst. XII. *Est ne mortale peccatum aspiciere coitus brutorum?* Resp. Absolutè id damnari nequit gravis culpa; cum sepe necessarium sit. Nam cum equi admiralarii, et tauri vacas agnoscant, itabularii, et aliique adfuit oportet. Quare certum est illos non peccare. Neque etiam peccarent alii, saltem graviter, si calu, & abique illo pravo fine aspicerent talem congressum, potius ut viderent ordinem quem eiusmodi bestie servant, quam ut coitum ipsum spectarent. Cautio tamen summa adhibenda est. Licet enim bestialis hic coitus ad lasciviam non provocet, saltem vehementer, tamen inhonestatem quandam præfert quod Christianians in talem turpitudinem suos delectat oculos. Quocirca tactus, ac tutus erit ab eiusmodi abhincere aspectibus.

XXIX. Quæst. XIII. *Quodnam peccatum perperat, qui concumbere, cum muliere mortua?* Resp. Humane infirmitatis pravitas, & præteriti eventus hæc horrida que inculpitas discutienda suscipere cogunt. Alii docent, esse peccatum bestialitatis, quia est coniunctio cum alterius specie corpore. Alii sustinent, peccatum istud ad speciem revocari fornicationis, quia mulier mortua est, mulier saltem analogice, & æquivoce. Tertia sententia defendit esse peccatum pollutionis; si sperma decilium fuerit; si autem semen emissum non fuerit, reduci ad malitiam tactus obtinere cum periculo pollutionis. Cuiusque opinionis patroni argumenta adferunt pro sua sententia. Verum eadem referre, atque discutere piget. Cum hoc peccatum limites omnes rationis prætergrediat, speciem in qua colloco, non invenio, sed ad monstra una cum auctore reticendum censo. Et sane, si quis tantis sceleris reus occurreret, vix post diuturnam penitentiam inter hominum cœtus, nodum inter sacra mytheria, admittendus foret. Talis quippe monitrosus concubitus, qui omnem bestialitatem transtendit, impotentis libidinis, atque inhumani animi iudicium est.

XXX. Quæst. XIV. *Sunt ne diversa species.* Cont. Theol. Tom. IV.

ciei peccata, oscula, tactus, amplexus, & huiusmodi peccata cum personis diversis status, puta cum Monialibus, cognatis, & coniugatis? Resp. Adfirmat communis sententia: quoniam eiusmodi tactus, oscula, & amplexus veneri sunt dispositiones ad copulam. Copula autem ex perlonarum diversitate diversam induit speciem. Ergo idem dicendum & de præfatis actibus ad copulam disponantibus, Quare experientiam in confessione est, fuerint ne amplexus, tactus, oscula peccata cum Moniali, aut coniugata, aut alterius uxore, quemadmodum experiretur copula ipsa.

XXXI. Quæst. XV. *Quid sit delectatio mortalis, & utrum semper mortale peccatum sit?* Resp. Triplicem supra distinximus delectationem, sensibilem, spirituales, & carnalem vix veneream. De sensibilibus, habita ex mera partium proportione cum organo sensus, nulla est difficultas, quia suapte natura omni culpa vacat. Delectatio spiritualis, que in sola voluntate residet abique illo corporis motu, si sit de ne mortaliter mala, mortalis est. Venereæ, seu carnalis commotionis carnalis, & partium genitalium secum adhaerentis est, quando deliberata a voluntate approbatur. Explicandum nunc est quid sit delectatio mortalis. Est nimirum deliberata complacencia approbata a voluntate post sufficientem advertentiam. Morosa nuncupatur, non a temporis mora qua durat, sed a voluntate, que libere in eadem moratur. Peccatum quodlibet inreptum unico instanti perpetrari valet. Delectatio ergo mortalis mortalis est, tametsi instantanea, quando post sufficientem advertentiam voluntas in eam vel unicum momentum consentit. Distinguitur a desiderio: quia hoc opus ipsum anhelat, atque cupit: illa vero ab operis executione præcindit, & de ipsius operis cogitatione præcinda, aut de iplo opere delectatur, quin alia sit operis faciendi intentio. Morosa illi hæc delectatio per omnia peccatorum genera divagatur. Nam perinde peccat qui delectatur de proximi malo, de homicidio, de blasphemia, ac quicquid de re venerea. Unde hæc delectatio ad illam peccati speciem reducit quem spectat obiectum de quo delectatio habetur. Hæc morosa delectatio, si sit de obiecto mortaliter vetito, semper est peccatum mortale. Delectatio ista, etiam in re venerea, potest esse abique commotione corporis, & carnis, atque adeo mere spiritualis, quando nimirum voluntas sola delectatur. In aliis peccatis, ut delectari de proximi malo, clarius id patet.

XXXII. Quæst. XVI. Quid sit delectatio speculativa, quid practica? Resp. Aliqui Auctores delectationem speculativam vocant quæ sit in cogitatione vel actus mali, vel modi eipius; practicam vero appellant quæ est de ipa re, aut actione cogitata. Alii speculativam delectationem volunt in objecti delectatione, quin volunt movere ad eam desiderandam: e contrario practicam ultra delectationem objectivam adferre delectationem executionis afferunt.

XXXIII. Eiusmodi distinctiuncule aut ineptæ sunt in hac lubrica materia; aut confusio nem inducunt, scrupulosque animum involvunt. Delectatio quippe, sive sit de re turpi, sive de cogitatione rei turpis, in praxi ob potentiarum intimam connexionem, & rei veneræ pietem, communiter peccatum mortale est. Ut rem hanc clarius teneas, hæc adde. Cogitatio speculativa rei turpis licita est ex fine honesto; puta cum Confessarii, Theologi, Medici; Anatomici rebus veneris student, eadem animo volunt, & meditantur ubique omni peccato. At nonne licitum est de eiusmodi cogitatione audere? Antequam, quod ipse sentiam, promo, propositionem a Clero Gallicano proscriptam anno 1700. exserbo. *Consensus qui præbetur suggestionibus pravis, cum tendit ad delectationem COGITANDI tantum de re illicita, puta de ulciscenda iniuria; secundum S. Augustinum non est aliud quam veniale peccatum, licet ipse ultimus actus, cuius cogitatione animus delectatur, sit pessimus, & certissimum peccatum mortale.* In hanc propositionem talem tulit censuram Clerus Gallicanus: *Hæc propositio quaslibet cogitationes, & delectationes, quas morosas vocant, regulariter imputat peccato veniali tantum, falsa est, teneraria, scandalosa; in praxi perniciofa. . . . & iniuriola S. Augustini.* Ut cuiuscunque errandi periculo occurramus, distinguenda est res cogitata, & rei cognitio. Delectari de cogitatione, seu notitia cuiusque rei, sive bonæ, sive malæ, quando sola cognitio, sive notitia absolute accepta, est objectum delectationis, secundum se non est peccatum mortale. Interdum vero est peccatum veniale, quando nimirum quis insidit de re mala cogitat. Interdum autem est abique omni culpa, quando nempe quis ratione officii rem illam meditat, ut Theologus, Confessarius, Medicus, qui rebus turpibus & veneris studet. Quando autem delectatio est de re ipsa cogitata, tunc dubio procul peccatum mortale est. Hanc doctrinam tradit D. Thomas 2. 2.

quæst. lxxiv. artic. 8. Quia tamen propter intimam potentiarum connexionem difficultis in praxi est delectatio de cogitatione rei abique delectatione de re cogitata; idcirco de ipsa notitia dicere possum: utinam velicet licet sit. Dum itaque Theologi, Confessarii, alique turpibus & veneris rebus student, ut tunc calitati consulant, oppositis fuerit se immuniunt, ulumque distinctionis de cogitatione, & re cogitata prætermittant. Quæcumque enim delectatio in hoc misero statu, & in hoc rerum genere periculum iunctum habet contentiendi in rem turpem.

XXXIV. Quæst. XVII. *Peccat ne mortale qui negative post sufficientem adventitiam se habet in motibus veneris, neque consentiens, neque dissentiens?* Resp. Certa ab incertis separanda sunt. Primum occurrere interdum possunt rationabiles causas, cur licita possit esse suspensio positivè dissensus, videlicet si, cum quis resistit positivè & directe, magis incaleat tentatio, ut in metallicis, seu scrupulosi accidere solet, quibus dissuadenda est positivè reluctantia ob mentis infirmitatem. Contemptio suggestionum illis necessaria est. Item, quando nimis molestio foret repetere oppositos actus, eam tentatio diu duret. Quando desistendum esset ab officio Confessarii, Theologi &c. tunc contentiendi sunt tentationes. Quod tum maxime verum habet, quando opus quod perpetratur, natura sua honestum est. Advertendum tamen, quod dum homo aut tentationes contemnit, aut mentem alio divertit, aliaque cogitat, minime negative se habet; sed reapse resistit, non directe, sed indirecte. Et hæc indirecta resistentia sæpe prudenter, & utilior est ipsa directa, spectata personarum diversitate.

XXXV. Quod in disputationem Theologorum vocant, est, utrum absolute, & præcisè peculiaribus circumstantiis, licitum sit negative se habere, dum fervet concupiscentia, motusque veneris animum adiungitur. Ioannes Sanchez disp. xxi. num. 3. P. Thomas Tamburinus in Decal. Lib. X. cap. 11. & alii apud eisdem defendunt, per loquendo nullam esse obligationem positivè resistendi eiusmodi motibus.

XXXVI. *Hæc sententia*, inquit P. Claudii La-Croix Lib. V. num. 111. *speculativè loquendo videtur esse probabilior: in praxi tamen tenenda non est.* Verum non modo prædicte, sed etiam speculative improbabiles est ista sententia. In quo enim sita est hæc maior probabilitas speculativa? In hoc quod motus inordinati, rationi rebelles, animæ exci-

dium machinantes non reprimantur, non cohibeantur, non subigantur rationi, & supremo Domino. Hæc est speculativa probabilitas istius sententia: & secundum hanc considerationem speculativè probabilior est sententia isthæc? Quis non videt evidentem istius maioris probabilitatis speculative falsitatem? Methodos probabilistica passim ad scopulos impingit.

XXXVII. Dico itaque, peccare mortaliter absolute loquendo; eum qui post sufficientem advertentiam, negative se habet in motibus veneris. Hæc est communis Theologorum sententia; eamque conceptis verbis docet S. Thomas 1. 2. quæst. lxxiv. artic. 6. sic inquit. *Deficit autem (intellectus) in directione passionum interiorum dupliciter. Uno modo, quando imperat illicitas passiones; sicut quando homo ex deliberatione provocat sibi motum iræ, vel concupiscentia. Alio modo, quando non reprimat illicitum passionis motum; sicut cum aliquis, postquam deliberavit quod motus passionis insurgens est inordinatus, nihilominus circa ipsum immoratur, & ipsum non expellit. Et secundum hoc dicitur peccatum delectationis morose esse in ratione.* In his D. Thomæ verbis rationes continentur sententiæ nostræ. Quandoquidem motus isti sunt inordinati, disponuntque natura sua ad copulam. Ergo natura sua rationi, & ordini a Deo præstito repugnant. Recta ratio data nobis a Deo, iubet ut rerum ordinem custodiamus, illumque a perturbatoribus vindicemus. Ergo quicumque otiose se habens permittit hanc concupiscentiam tumultum, & propriæ animæ obliuionem, graviter delinquit adversus rectam rationem, & divinam legem, ad quantum amantissimè tenetur dirigere suas actiones. Peccat mulier si impudice tangi permittens ab alieno viro. Ergo peccat etiam, dum propria concupiscentia, vel demonis luxuriosas aggressiones permittit, illas non modo peccat mortaliter, si ad motus turpes excitatos ab homine indifferenter se habeat: & mortaliter non peccabit, si se habeat negative ad eisdem excitatos a demone? Accedit, motibus illis adeo adnexum esse periculum, ut in praxi vix ab eisdem separari valeat. Quare scilicet est præcisio periculum, quam obtundit advertentiam; portissimum cum res ista adeo subtilis sit, & delicata, acque insidiosa, dolique plena ut vix satis sit diligens, & strenua repulsiõ.

XXXVIII. Tandem urget celebre axiomata: *Qui tacet, consensive videtur.* Qui negative se habet in præfatis motibus, tacet. Er-

go consentire præsumitur. Acuta est P. Claudii La-Croix Lib. V. num. 111. responsio. *Non obstat (inquit) quod communiter dicitur: Qui tacet, consensive videtur. Nam hoc valet tantum in materia contractuum, ut rectè Castropalans. Recte ne sentiat P. Castropalans, tali cavillatione eludens præfatum regulam, habet multum opus est ut quique iudicium ferre valeat. Cur etenim in contractibus, sicut in aliis valet regula ista? Immo potius in his valet in quibus solus interventus contentus rem perficit. Si reus interventus a iudice taceat, nonne contentus præsumitur? Concupiscentia illecebras & delectationes summas voluntati offert. Hæc illas hæd respuit. Ergo eas acceptat. Si puella, ut dictum est, mammillarum tactus, vultus osculationes, & amplexus sibi fieri sineret, & sic negaret eam esse contententem? Non præsumitur contentus voluntas, inquit P. La-Croix ex Castropalans, alitque Auctores, quia non datur præceptum resistendi. Hæc sunt solita Probabilitatum effugia. Iam probatum est, præceptum urgere cohibendi motus qui ordinem divinæ legis, & iustæ rationis pervertunt. Lubet tamen clarius adhuc ostendere præceptum istud. Tum datur præceptum positivè resistendi his motibus, quando datur præceptum vetans consensum in id ad quod tales motus impellunt. Sed datur præceptum vetans copulam, aut pollutionem, ad quam concupiscentia motus instigant, & inducunt. Ergo existit præceptum his motibus reluctandi, eolique in ordinem redigendi. Sententiam nostram defendunt præter D. Thomam, S. Antonium, Suarez, Valquez, Azorius, Lessius, Antonie, Continator Tournely, & alii communiter, ut fatetur vel ipse P. La-Croix: qui similiter in praxi nobiscum sentit; sed ut se benignum lectoribus præbet, aliorum opinionem, tametsi laxas, proponit velati probabiles speculative, quæ postea vi illa gravissima Probabilitatis evadunt probabiles practice, ut suo loco dicitur; ubi palam fiet quantum istius Auctoris methodos proponendi opinionem, quas nec ipse amplectitur, incurrit lectoribus noceat ob abulum Probabilitatis. Quid refert, quod Probabilita aliquis terribat, se hæc opinionem legi ut probabiliorem: si interim contrariam proponat ut probabilem, vel si historice narret, ut passim prætat P. La-Croix alios Auctores oppositum docere, abique ulla eorumdem confutatione? Verum hæc obiter, plurima suo loco dicturus.*

XXXIX. Quæst. XVIII. *Datur ne materia parvitas in genere luxuriosæ?* Resp. Ad-

mat P. Thomas Sanchez *Lib. IX. de matrim. disp. xlvii. num. 9. item num. 39.* In posteriori tamen editione illius sententia retractata legitur. Carmelus in *Theol. Regul. disp. XIX. num. 1032. & seq.* Eicobar *Theolog. Moral. tract. 1. exam. viii. cap. 111. Lessius Lib. de iust. cap. 111. dub. 8. num. 49. Aratio in 1. 2. D. Thom. quest. lxxv. art. 10. dub. ult. Zanardus in *Direct. Par. I. cap. XII. quest. xxviii.* alique non pauci, quos citant Salmanticenses *tract. xxvi. cap. 3. punct. 4. num. 79. pag. 12.* Aliqui contendunt falso citari Eicobarium & Lessium, penes quos fides sit.*

XL. Contraria sententia communis est, & vera. Antequam rationibus eadem muniat, unum vel alterum praeferat oportet. Convenit penes omnes, in genere luxuria quaedam reperiri obiecta genere suo gravia, & quaedam physice considerata levia. Copula carnalis, pollutio, notabilis distillatio, pudendorum vehementer commotio, eorumdem impudicus tactus sunt obiecta sua natura gravia. Obiecta vero levia reputantur modica veredarum partium commotio, aspectus pulchrae mulieris, eisdem manuum tactus, digitorum intortio. Delectatio pariter altera reputatur gravis quae impotentem carnis commotionem infert, rationemque secum vehementer abripit; levis vero quae parum rationem attrahit, & remissa carnem commovet. Consentunt rursum omnes, delectationem voluntariam, captam de obiecto graviter impudico, esse mortalem. Certum quoque est delectationem veream vehementer ex parte actus, tametsi de obiecto levi, letalem esse: quoniam omnis delectatio veream vehementem naturam suam pollutionem inducit. Quoties ergo delectatio veream est gravis, & vehementis, five sit capta ex obiecto gravi, five ex obiecto levi, mortalis est, ob defectum influxum eius in pollutionem: quae si non eveniat, id per accidens esse censetur. Vehemens enim delectatio natura sua apta est illam inducere.

XLI. In hoc ergo controversia vertitur, nimirum utrum delectatio veream quae tam ex parte actus, quam ex parte obiecti levis est, physice spectata, sit quoque levis in genere mortis, puta delectatio veream quae ex professione manum femine capitur. Negat, ut diximus, communis & vera sententia, quae nimirum auctoritate Clementis VIII. & Pauli V. qui inferunt, sed et Quæstionibus denunciari eos qui asserunt, oscula, tactus, & amplexus, habitos ob solam delectationem laicivam ex illidem perceptam, non esse cul-

pam gravem, quando nullum ad copulam habent ordinem. Accedit auctoritas Alexandri VII. qui contrariam damnata videtur opinionem in hac 40. propositione. *Est probabilis opinio que dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, seculo periculo consensus ulterioris, & pollutionis:* Si non est probabilis, sed scandalosa opinio que docet, veniale tantum culpam esse delectationem carnalem perceptam ex osculo, absque periculo ulterioris consentus, quem erit delectatio veream, venialiter tantum vitiosa? Osculum genere suo leve quippam est. Delectatio quoque quae periculum excludit ulterioris consentus, sua physica natura delectatione levis apparet. At in genere moris gravis evadit. Quamvis autem proposito damnata de sola delectatione captata ex oculis loquatur, quæ maior natura sua videtur quam delectatio percepta ex manibus, aut pedis contactu; tamen de ea delectatione ibi est sermo quæ periculum secum non adfert ulterioris consentus, aut pollutionis. Ergo levis est delectatio isthac in genere physico; nam, si gravis foret, grave periculum haberet ulterioris consentus. Porro semel posito quod delectatio veream, natura sua levis in genere physico, sit absolute in genere moris letalis; consequitur, reperi in hoc genere habere posse delectationem veream leviorem. Quod ratiocinium, licet non sit demonstratio, evidenter offendens oppositam sententiam esse damnatam, est tamen argumentum valde probabiliter id evincens. Exert demique auctoritas R. P. *Claudii Aquinatis* *Thrasiphrasti* Generalis Societatis Iesu, qui omnibus in Societate Theologus præcepit ut defenderent, in genere luxuriae nullam dari materiam parvitatem.

XLII. Rationum momenta paucis explicentur. Quælibet delectatio veream, five modica, five magna, physice spectata, si delectatio capitur, in genere moris est quædam complacentia aut pollutionis, aut copulæ illicitæ. Sed delectatio deliberata five de pollutione, five de copula, est peccatum mortale. Ergo quæcumque delectatio veream delectata est peccatum mortale. Maior propositio, in qua tota est difficultas, sic ostenditur. Delectatio veream constringit ex motu humoris terosi, qui est spermatis materia, ut testantur Philoophi omnes cum Galeno. Quælibet ergo delectatio veream est quædam inchoata pollutio. Hic autem pollutionis motus eiusdem speciei est five in principio, five in progressu, five in fine: quia initium illius motus

motus natura sua tendit in terminum, seu in consummationem pollutionem. Qui ergo animo deliberato captat delectationem veream ex tactu manus mulieris, directe querit motum pollutionis. Quomodo, ut dictum est, ex hoc solo motu oritur delectatio veream; & motus iste natura sua desinit in consummationem pollutionem, aut copulam. Neque præcisiones intellectus, aut voluntatis retractio, posito quod semel consentum in principium illius motus, vident evidenter ordinem, seu, ut aiunt, tendentiam in terminum pollutionis interrumpere. Eo ipso quod quis deliberato voluit initium, terminum quoque voluit. Quare si ista, & illusoria est adverte sententia responso, videlicet delectationem veream non esse mortalem, quando abest periculum ulterioris consentus, & pollutionis: quoniam, cum periculum istud sit intimum, & natura sua huic delectationi adnexam, nequit mentis præcissione in genere moris separari. Paucis verbis, quæ dicta sunt, perstringit Angelicus 1. 2. quest. lxxv. art. 8. *Quod autem aliquis ex deliberatione eligat quod affectus suus conformetur his quæ secundum se sunt peccata mortalia, est peccatum mortale. Unde talis consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale.*

XLIII. Neque repaas, probandum esse obiectum delectationis esse peccatum mortale: quoniam tactus manus, aut pedis mulieris obiectum leve, non grave est; ac tubidum peccatum veniale, non mortale dici debet. Inanis est responsio ista. Etenimvero, ut demonstrat, licet materia immediata istius delectationis sit tactus manus, pedis, aut digitorum, obiectum tamen in quod ultimo delectatio recidit, est aut pollutio, aut fornicatio, in quam inapte natura delectatio tendit. Ergo letalis est.

XLIV. Obiectis. Experientia multi sciunt se filtere in manus, aut osculi delectatione, nec ultra pargere: non enim pollutionem patiuntur, immo & copulam positive detestantur, & solam delectationem perceptam ex manu contactu deliberate volunt. Responso ex dictis patet. Qui deliberate volunt delectationem veream quamlibet, volunt quoque ea omnia in qua illa natura & pondere suo tendit. Quod pollutio, vel copula illam non continguntur semper, per accidens est; neque id tollit quin ea per se in eiusmodi effectus impellant. In aliis peccatis distinguitur materia parvitas: quia reapse materia dividua est, nec habet annexum periculum grave prolabendi in materiam completam.

XLV. Denique communis Theologorum assensus delectationes veream per ceteris omnibus quæ ex aliis peccatis percipiuntur, oblectationibus viciose sunt, & picipiente: adeoque nulla circa illas relaxatio facienda. Distingui utrique & in illis valent mente nostra physice operationes leviores, & graviores. E.g. tactus verendorum, mamillarum, & vultus, manus, pedis &c. Si physice spectentur actus illi, unus altero gravior est, & vehementius carnem commovet, pollutionemque inducit. At, licet delectatio delectate quæ sita in manus attractione inferior sit delectatione captata ex tactu mamillarum; tamen non hinc sequitur, levem esse illam, gravem hanc. Nam utraque in pollutionem, aut copulam tendit; quamquam maiori impetu una feratur ac altera. Ne multa. Omnes ferantur, periculum huic labiosissime materię annexum semper esse, atque impotentem inclinationem concupiscentiam ferri in pollutionem, vel prostitutionem. Omnes adfirmant, difficile admodum esse, hoc periculum separari a delectatione. Ergo nemo sine æternæ salutis cupiditate abique gravi culpa potest tanto discrimini animam suam committere. Itaque, tametsi rationem metaphysice spectate evidenter non ostenderent, quamlibet veream delectationem deliberate querentem esse letalem; nihilominus, considerato periculo viciose, horricque materię annexo, & spectata difficultate iterandi parvam a gravi delectatione, sequitur nulla probabilitate ferri opinionem quæ venialem delectationem admittit in genere luxurie. Id solum verum habet, venialem sepe culpam contingere in hac materia ex imperfecta deliberatione voluntatis. Quis negligens est in repellenda temptatione, in comprimendis moribus concupiscentiæ. Tangit qui mulieris manus, familiariter eam alloquitur. Experitur carnem commoveri, insinuosus accendi. Torpidus est, & tardus in primis his aggressibus propulsandis. Tum in illo pro maiori, aut minori negligentia poterit maior, aut minor culpa esse; quomodo abest deliberatus aut consentus, aut deliberata insipientia negativa, quæ voluntarie permittit, partem inferiorem suam prolequi obsequium, & rebellionem.

XLVI. Quest. XIX. *Quibus indicis colligi prudenter potest, aliquem consensisse delectationi veream, aut gravis negligentiam rem esse?* Resp. Regula potissima est conscientie puritatis habitualis, & sincera sollicitudo peccati vitandi. Qui servitus est in divite legis observantia; qui reapse a peccatis letalibus ab-

ablinet: qui ita dispositus est, ut vellet mortem potius oppetere quam graviter Deum offendere; qui denique reapse nunquam delectationes, sed foris contentum in pravitate, sed foris eadem repellit: is prudenter quique praesens est non consensisse. Qui dubitat, vigilans, ne an dormiens in delectationem consensisset, praesens est dormiens consensisse. Contra vero circa eos qui peccatis affecti sunt, in dubiis praesens urget ad verum eisdem. Eiusmodi tamen regulam non adeo certa sunt, ut iusti, & bene morati habeant unde sibi gratulerentur. Nihil mihi confici sum; sed non propterea iustificatus sum. Dubitationes enim modo sacramento penitentiae subsidiendo sunt. Anxios tamen, & scrupulosos excipe, qui dum timent consensisse, quandoque opo ipsam timorem probolantur. Ergendi illi sunt, & dum habitualis librorum status a gravi culpa immunit est, contemptio tentationum est illis suadenda. Illi nunquam cum tentatione, aut demone praesertim debent: quia, sicut in hostiliis certamine timidi, ignavique facillime corrumpunt, forsaque fuga sibi cavent; ita pariter in conflictu luxuriae scrupulosi, & timidi pugnam vitare debent, & praesertim vel inimicum spernendo, & deridendo. Verum de remediis ad verum scrupulosos alibi. Sunt peccatores nimium audaces, & praesens: sunt & iusti nimium meticolosi, morosi, & cavillosi. Radix scrupulorum primum omnium detegenda est, quae non raro a superbia ortum dicit. Sed, ut dixi, alibi varia scrupulorum genera describam: & possitimum graphice illos depingam qui scrupulosi sibi movent in iis rebus, quae aut nihil, aut parum illis incommodant; quae aut nihil, & sapientes sunt, seu, ut verius dicam, veritati, & sagaces in iis omnibus honestatis quae sibi placent; commoda omnia anxie perparata peccata non sunt, sensibus, & carnis concedunt. Tota eorum sollicitudo, & anxietas est circa actus interiores, atque deinceps, & magis, aut rebus levissimis sibi perplexitates sollicitant, Confessarios torquent, &

CAPUT V.

De vellitatione genarum, & tactibus mammillarum.

IN Equo elapsis, neque nostris temporibus desuere qui genarum vellita-

tionibus, mamillarumque tactus velut culpas de se tantum veniales confidenter traduxerint. Huius perniciose doctrinae dilatationem movit *Dissertatio in casus reservados Venetae Disceptatione* anno 1743, publici iuris facta, in qua haec inter alia leguntur. *Legitur tertio, ad reservationem officiarum qui cum Monialibus paratis, vel autem actus subimpudicos de se veniales, e. g. genas vellitare, mammillas tangere, & solium ex pravo affectu, vel prava intentione memorales. Resp. negativae. Nam iuxta nostram regulam octavam non nisi peccata per externam multatiam mortalia reservantur. Hanc opinionem, atque alteram de blasphemia, quas Auditor admonitus corrigere decrevit, eorum immo defensionem adornans, habebaturam Epistolae duae anno 1744. Venetis typis editae, eoque deinceps recitatae. Percrebuit rumor, ut D. Thomam huius opinionis assertorem, non verum fuisse obtrudere: qua immerito, aliorum estio iudicium. Vera sententia apud imperitos iam iam periclitabatur; cum tandem Romae publico sancte universalis Inquisitionis decreto scripta fuit Dissertatio die 17. Aprilis anno 1744. Integram decretum transcribere iuvat.*

DECRETUM.

Feria 5. die 15. Aprilis 1744.
 In Congregatione generali S. Romanae, & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Quirinali coram Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papa XIV. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus, in tota Republica christiana contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.
 Idem Sanctissimus Dominus Noster Dominus BENEDICTUS PP. XIV. auctoritate theologiae censura infra scriptam, nec non praefatorum Eminentissimorum DD. Cardinalium sufragis, prohibendum, ac damnandum censuit, prout praesenti decreto damnat, & prohibet, Librum Venetis impressum anno 1743. cui titulus: *Dissertatio in Casus reservados Venetae Disceptatione* Auctoris N. N. tamquam continentem propositiones respective falsas, malesonantes, scandalosas, piarum aurium offensivas; eademque prohibitionem damnat, & vetat quascumque scripturas, seu libros editos, vel edendos, eiusdem Libri defensionem continentis.

Hunc itaque Librum, & scripturas, seu libros sic damnatos, & prohibitos idem Sanctissimus Dominus Noster vetat ne quis, cuiuscumque sit status, & conditionis, ullo modo, & sub quocumque pretextu, iterum imprimere, aut imprimi facere, vel transferbere, aut iam impressum vel impressos, aut transcriptos apud se retinere, & legere audeat; sed ipsum, aut ipsos Ordinariorum locorum, vel haereticam pravitatem Inquisitoribus statim, & cum effectu tradere, & consignare teneatur, sub penis in Indice Librorum prohibitorum contentis.
 Paulus Antonius Cappellonus S. Romae, & universalis Inquisitionis Not.

Loco + Signilli

Die 17. Aprilis 1744. supradictum editum affixum, & publicatum fuit ad varias Basilicae Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, ac alios locos solitis, & contentis Urbis per me Petrum Romolajum sanctissimae Inquisitionis Curiosum.

II. Quid tur? Post decreti pontificii publicationem decem circiter Libri apologetici in damnatae dissertationis defensionem typis clandestinis in lucem prodierunt. Haec omnia non in altero orbe, sed sub oculis nostris contigerunt. Libri editi sunt sequentes. I. **AVVISO SALUTEVOLVE PRIMO** &c. II. **AVVISO SALUTEVOLVE SECONDO**. Haec duo opuscula Romae furtim edita sunt anno 1744. sed, re ad tribunal delata, Auditor mitem subivit poenitentiam, multatus poena pecuniaria fuit typographus, & librorum venditor carcere addictus mortem tandem optegit. Haec duo opuscula, quorum primum typis Lucubris reculum est, tam ineptis, vanis, erroneisque commentis scatent, ut eadem contemnenda, minime refellenda, ducamus.

III. Tertium opusculum, quod in defensionem damnatae dissertationis prodit, primum miss. post typis Venetis culum, inscribitur **IUDICIUM** cuiusdam viri Theologiae Professoris ad Amicum Confessorem Monialium. Quae in hoc opusculo promuntur ad propugnandam praescriptam doctrinam, omnem superant fidem. Idcirco, ne exaggerator videar, haec pauca subidico. §. 2. num. 2. pag. 6. Italia scribit Theologiae Professor. Iam vero praescripta doctrina de indifferentia intrinsecae eiusmodi tactuum (mammillarum) est adeo certa, ut videtur negari non posse absque periculo erroris in fide. Constat enim I. ex sacra Scri-

ptura multis in locis. E. G. ex illo Marci ult. Super egros manibus imponet &c. Ex illa Iacob ult. infirmum quis in vobis? Inducat Presbyteros.... ungentes eum &c. Constat II. ex sacramento a Christo Domino instituto, praesertim extremae Unctionis. Constat III. ex ritibus Ecclesiae, & specialiter ex celebri ritu unguendi etiam adultos utriusque sexus ante Baptismum, & quidem toto corpore in Ecclesia Graeca, in Latina vero saltem in peccatore &c.... Constat IV. ex Decretis S. R. E. in causis canonizationum, in quibus multoties hinc fidei Promotoribus acriter opponentibus tactus plures, & nominatim in mammillis, immo in aliis etiam partibus plus periculo afferre solitis; inde vero Populatores indifferentiam intrinsecam huiusmodi tactuum in plena luce Rom. Curiae fortiter propagantibus, indudendum denique fuit pro innocencia tactuum. Sequitur iam 1. ex hac innocencia doctrina, quod damnari sine dubio meretur praescripta etiam directe contraria.... videlicet... Delibetatus tactus mammillarum multoties ex genere suo peccatum mortale est. Nec illam tenet speciosa severitas &c.

IV. Ex ungue leonem collige. Hoc IUDICIUM reculum typis fuit, adiectis tribus aliis opusculis uno in volumine contentis, quorum haec est inscriptio: R. P. Danieli Concina duarum Episcopalarum Theologiae-Moralium Auctori OPUSCULA HAEC QUATTOR VERE AUREA. Opuscula haec quatuor antecedit Praefatio, ex qua pauca transcribo verba, quae quale fit nonnullorum Scripturam systema in excipiendo Romanae Ecclesiae decretis luculenter referunt, & benignitatem caritatis, qua suos oppositores prosequuntur, magnopere explanant. Cum ergo laudata DISSERTATIO, inquit Opuscularum auroreum Editor, antequam in tribunal Romano proferberetur, ad insani libello innumeris calumniis, & iurgis intolerabilibus referio impetita fuisset per Rev. P. D. Concina, necessarium visum est innocentiam Auctoris inuisibilis laerari vindicare, atque ab illius veluti canis rabidi morsibus eripere. Id praesertim luculenter in Opusculis hinc quatuor vere aureis, quae nunc tandem omnium oculis subiciuntur, nemo erit sana mentis qui negaverit. Ibi enim manifestissime legere non absceperit. Ibi, cum manifestissime apparet, neque inveniri in Dactris N. dissertatione error illos quos arguuntur impugnat P. Concina; neque doctrinam P. N. in eo esse damnatam, in quo nullo fallacis conatur illam per summum livorem, summamque in-

atque, ne id facerem, mandatum a summa Potestate imperatum fuit. Verum nunquam mihi in mentem venerat, ut continuo imperanti, ne scriberem, repotui. Quid postea? Libellus famulos recutus typis Luculentus fuit, Auctorum, fautorumque opera, illorumque propriis manibus, modo pacto pretio dividendis, modo amicis dono datus, & per omnes Italiae civitates, oppida, & villas distributus fuit. Utrum hæc sint obedientiæ & obsequii erga S. Sedem argumenta, aliorum iudicium elo. Grates interim agenda Deo nobis sunt, quod præ zelo Normis IESU, eiusque immaculate doctrine propugnanda digni habiti fuerimus contumelias, proba, & maledicta perferre. Utinam Deus ille clementissimus, qui nobis patienter donum contulit, adversariis respicientem gratiam impertiri dignetur.

X. Peractæ odiosæ litis specimen paucis perstrinxim, occasione data, ea qua potui curavi. Rem publicam typique editam naravi, nullius nomine expresso. Supervacaneum ducit illas, quemadmodum etiam aliorum quorundam Casuistarum laxitates, quæ omnes hæc recidunt, uberiori calamo refutare: seipsi namque corrumpunt. Illud te admonere magnopere inere, ne ob quorundam paucorum Scriptorum aberrationem, & imbecillitatem, quidquam existimationis, & obsequii erga cæcum, cuius hi sunt membra, minueres velis. Splendor insignis communis est aliorum filiorum infirmitate nullam contrahere maculam iure debet. Quot non sunt in catholica Romana Societate desipientes filii? Propterea ne Doctorem, apostolicorum virorum, Martyrum, aliorum sanctorum hominum ingentia merita decreverunt? Separæ ergo pretiolam a villi. Tantummodo non propter exitiam communis famam, & auctoritatem, privatorum errores, nullo præcedente delicto, epotare: quem scopolum ut evitares, præcipue hæc scripsi.

CAPUT VI.

Mulier si compressa adstringatur, ne possit resistere, an licite possit permittisse se habere, ut vitæ, vel honoris periculum declinet.

I. In explicatione quinti mandati cap. IV. §. 5. cum S. Augustinus ostensum est, non debere virginem invalidam occidere invalidam, ut corporalem pudicitiam servet, contra novos Caluistas, qui, tamen benignissimi, facillime tamen fundendum humanum sanguinem docent. Superiori quoque capite

num. 23. quæst. VIII. probatum fuit, non posse mulierem permittisse se habere, sed illius esse tactibus, oculivise resistere. Nunc in quæstionem vertitur, num mulier vi compressa, ad evitandum mortis, aut infamiae periculum, valeat omittre positivam reluctantiæ exteriori, & permittisse, atque negative se habere, sustinendo corpore immotum iacturam pudicitiae corporalis. Interius voluntate detestando omnem libidinem. Adferunt novi Theologi non pauci, quos inter Cornelius a Lapide, cuius propositionem inter laxas recentissimas cap. I. in hoc sextum præceptum. Revertit hinc diebus disputatio. Perillustis D. Petrus Angelus Lavizari doctissimus, atque eruditissimus vir, qui historiam Vallis Teline Kette provincie scripsit, typisque prodidit magno Litteratorum plausu, præsentem controversiam dilipxit, egregiamque dissertationem elegantivè lingua Italica, quam mihi, utpote amicivici vincto iunctus, legendam tradidit humanitate summa. Paucis ego rem perstringam, cum ex his quæ iam supra dilipravi, veritas abunde pateat. Unum revocare in memoriam inere, nempe me opinionem, quas laxas reputo, refellere nullo ad Ordinem, quem eorundem patroni professi sunt, respectu habito. Æque refuto opinionem Theologi Dominicani, ac Franciscani, Carmelitani, Iesuitæ &c. & si frequentius refello opinionem PP. La Croix, Viva, Tamburini &c. id in causa est quod istorum libri in manibus omnium sunt, ceterorum vero Theologorum, qui fortasse eandem docere laxas opiniones, vix nomen notum committere habeatur. Ad rem igitur.

II. P. Claudius La Croix Lib. III. part. I. numer. 916. ex Busembau, & Tabiena dicit, „puellam non peccare, si ob evidens periculum mortis, vel ingentis infamie, non adhibeat omnia omnino media ad depellendum supratorem; v. g. si hunc, cum possit, non occidat, si non inelamet viciniam, sed mere patitur eorum, tamen seculo omni periculo consentis; & licet hanc propositionem edicere libris teneat” A. A. plus quam 50. tamen non expedit eam publice proponere, aut defendere: quia apta est causare abusus, præsertim apud rudes. “En novum argumentum, ostendens quam sint festiva recentiorum quorundam Moralistarum cogitationes. Hæc doctrina non est publice defendenda, neque proponenda. Bene habet. Cur ergo proponitur, & vi Probabilissimi defenditur, dum non impugatur? An libri typis impressi, & re-

& recusi in angulo, in cryptis latitant? Si non est defendenda, cur non refellitur? Sæpius dixi, methodum P. La-Croix, qui undique laxas opiniones recentiorum Caluistarum conquirat, easque lectorum iudicio seligendas frequentissime permittit, mihi summo opere displicere, propter abusus, & abstrusa maxima que inde conlequuntur.

III. Cornelius a Lapide linguarum peritia, eruditione, atque doctrina inter divines Scripturæ interpretes valde conspicuus, recentiorum opinionum auctoritatem conciliavit. Is in Prophetam Danielæm cap. XIII. vers. 23. docet, potuisse Susannæm in tanto periculo infamia & mortis negative se habere, ac permittisse in se eorum libidinem, modo interno actu in eam non consensisset; sed eam detestata, & execrata fuisse. Quia maius bonum est fama & vita, quam pudicitia: unde hanc pro illa exponere licet. Itaque non tenebatur exclamare... Quod ergo exclamaverit, nulloque modo libidinem illorum in se permisit, actus fuit ingentis, & heroica castitatis: talis est enim mori male quam polli. Laudat Navarrum, & Dominicum Soto.

IV. Ad Dominicum Soto quod attinet, Susannæ non meminit. Si enim verba divina, quibus factum Susannæ narratur, præ oculis habuisset, forte non supererogationis, ut contemdit Cornelius, sed necessitatis fuisse illius clamorem scripsisset. Laudatus Soto Lib. 1. de iust. q. 1. art. 5. inquit: Quod si hic obiter queratur, quid ferre debeat pudica puella, antequam in stuprum consentiat; revera quodcumque genus mortis... Tamen in foro conscientie tantum tenetur non consentire, neque se sceleris accommodare. Quare, si metu taceat, non peccat moraliter; dummodo nullo modo prebeat consensum. Neque vero manus in alterum tenetur iniicere. Tameis que honesta est, & ingenia, non debet facere quantum debet, sed quantum potest. Obiter rem vertat Soto. De metu solius mortis loquitur. Infamia non meminit. Oppressam non tenetur occidere invalidorem, docet. Tandem concludit, ingenuam feminam debere pro viribus resistere. Ut minus igitur ambigua est illius opinio. Quod si perillitas, Theologum hunc favere doctrinæ Caluistarum, esto. Quid inde? Æque Soti Dominicani, ac exterorum Auctorum, propositum mihi est opinioniones laxas refellere.

V. Dico ergo, laudatam sententiam Cornelii a Lapide, aliorumque recentiorum falsam, improbabilem, & laxam esse, atque cum sacra Scriptura manifestè pugnantem.

In medium veniant verba Danielis Prophete cit. cap. XIII. Ingentis Susanna, & ait: Augustissima fuit mihi virginitas. Si enim hoc ego, mors mihi est; si autem non ego, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Et exclamavit voce magna Susanna. Quo fundamento alicuius hereticæ, non necessariv virtutis fuisse Susannæ clamorem? Unde id colligitur? Ex aliquo alio divine Scripturæ textu? Nec ubique in univerfa Scriptura reperies. Quin ubique inculcatur: Agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia, & pro pudicitia cotudienda. Quid quod divina Scriptura conceptis verbis puellam compressam non clamantem lapidibus obruendam decernit? Legitur enim Deuteronomo. XXII. Si puellam virginem divorcaverit vir, & invenierit eam aliquis in civitate, & concubaverit cum ea, educes utrumque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruatur: puella, quia non clamavit, cum esset in civitate. Iuxta divinam ergo Scripturam clamor feminis necessarius est, tamquam scutum defendendæ pudicitie. Quapropter conscientia divine legis Susanna voce magna clamavit. Unde ergo emittit, hereticam, atque adso liberam, non necessariam fuisse reluctantiæ Susannæ? Non sane ex Scriptura. Cum autem Scriptura divina perspicua sit, qua auctoritate novi Theologi, & Interpretes audent ipsam eludere? Deus clamare mulierem iubet sub mortis pena; isti illam tacere, permittisse, & negative se habere pollicent, docent.

VI. Divinis Scripturis accedit recta ratio, quæ evincit, mulierem permittisse, iuxta negative ferentem compressiorem, fontem violatæ pudicitie fieri. Et primum audiamus laxæ opinionis patronos, qui propter metum mundanæ infamie docent oppressam mulierem haud obstringi ad clamandum. An, inquit, vocare mulier debet suæ infamietes? Sed quodnam hic infamie argumentum? Infamis est, si taceat; honesta vero & pudica, si clamet. Quid si etiam mundanæ vanæque famæ amittendæ periculum esset? Anteponenda ne est hominum fama ipsidissima pudicitie virtuti? Pluris ne sciendum mundi, quam virtutis, quam Dei honor? Ceterum fieri nequit ut femina, que ex caliditate amore forti animo invocata aliorum auxilium, ne thesaurum pudicitie deperdat, famæ splendorem obscuret.

VII. Sed ad recte rationis lumen causam vocemus. Quid amplius mulier consentiens præ-

prelære tenetur viro congreganti quam quietum, immotumque corpus? Quando femina *passivum negat*, & *permisive* contribuit, partes suas omnes implevit. In quolibet foro exteriori mulier, *permisive*, & *negative* se habens in coitu, presumitur contentiens: quid ni & in interiori foro? clamat sapiens Eliza. Ala ne exterioris, & interioris fori Theologia, & Iuriprudencia in similibus casibus? Quid quod illa *negativa*, & *permisive* tolerantia, seu indifferentia gravissimum secum adfert periculum consensus? Qui fieri potest ut mulier certa moraliter sit ne non preauisse consensum, dum peccato corpore passa est violenti? Dum internis suggestionibus animus obfidetur, peccat, circumstantiis precibus, *negative* se habens. Ergo & dum exterius pudicitia corporis expugnatur, rea evadit mulier, nisi pro viribus vim repellat. Quot scrupulis, quot angustis obnoxia esset femina, si corporis sui violationem permitteret, nullo obstante conatu? Ad merito angustis premeretur. Quare Saluana, ut has declinare angustias, clamavit, & quidem voce magna. Benigna Theologia probabilissima scrupulos perhorret, et coque tollere contendit, divinam legem humanis appetitionibus inflectendo, minime vero ad legis divine amulium mores conformando. Itaque mulier qua toto virum conatu non relictur, gravissimo dubio subiecta est dati consensus, atque in gravissimo periculo constituta est reipia consentiendi. Et, ne contentia, peculiare Dei auxilium illi necessarium est. At quo fundamento sperare a Deo hanc singularem gratiam valet, nisi id quod potest ipsa prederit? Tandem vtrum *negativa*, & *permisive* se habens manifeste scandalum est homini concubentibus. Quoniam, dum iste nullam in comprehensa muliere experitur reluctantiã, presumit non immerito, illam consentire, atque cooperari in coitu. Nam vix procaces & effrontes meretrices pellicunt, invitant, gesticulique sollicitant viros. Tota ferme cooperatio est illa quies, qua mulier *permisive*, & *negative* compressionem tolerat. Quid quod vel ipsi Ethnici hanc castitatem *negativam*, & *permisivam* deridebant? Id patet ex Martiali.

Cassa igitur nulla est? Cassæ sunt mille: quid ergo?

Cassa fuit? Non dat, non tamen illa negat.

VIII. Contra invictæ, & reverta castæ femine omnium corporis membrorum vires exerunt, sese agitant, & fortitudinis virtute

munita, qua conatibus, qua dexteritate, modo declinant, modo deudent, modo reitunt aggressores; & tandem, dum vim vi repellere nequeunt, clamoribus aliorum subsidium implorant. Sic nimirum spretio vobis periculo, contemptique mandis legibus, pudicam corporis integritatem unice sibi colendam proponunt. Iste cum sancta Susanna promptum experientur caeleste auxilium. Dicant Casuilla, iugum Christi suave esse; ut mulieribus *permisive*, & *negative* se habentibus blandiantur. Nos contra docemus, Christi iugum castissimum esse, spinisque redimitum, atque circumdatum. Ergo invicta fortitudine sustinendum.

IX. Scripturæ igitur divine ad clamorem conceptis verbis mulierem oppressam urgent, ut semper resiliat, atque deficienti vi resistendi, alienam subsidium invocet, ne sui corporis violationem patiar. Redta ratio eundem clamorem, & positivè reluctantiæ necessitatem evincit. Falsa est ergo, & scandalosa plena opinio contraria. Tandem accedit auctoritas Ecclesie Gallicanæ, que in generali Conventu celebrato anno 1700. adversus consultatam opinionem hanc nunc censuram: *Hæc propositio temeraria est, scandalosa, casuarum aurium offensiva, erronea, & legi Dei contraria.*

X. Quod si laxa, & scandalosa plena est opinio qua docet, mulierem ob metum infamiae, aut mortis, posse *negative*, & *permisive* pati corporis violationem; quid de altera doctrina dicendum, qua permittit feminis tolerare tactus impudicos clientium suorum, ut officinula devitent? Porro, ne prudens Confessarius ab his verlutis feminis decipiatur, nullam illis adhibeat fidem, dum se resistere mentiuntur, propterea quod aliqua reluctantiæ signa dederint. Nam sagacissime mulieres tam exquisita arte frequentissime se resistere effingunt, ut ipsarum calida, astutaque repugnantia sit efficacius illicitum, & potentior indagatio. Tum ergo sincere resistunt, cum a suis clientulis reipia separantur, nec ad servitutem sibi exhibendam, neque ad colloquia familiaria eosdem admittunt. Contra, utique dum familiaris cum ipsis consuetudo, & conversatio persistit, illarum repugnantia fida est, & mendax: ideoque a sacramentis prorsus arcende sunt, promissis semper congruis admonitionibus. Quam regulam si servaverit, aut animas lucraberis, ut sacramenta sacrilegiis non profanabis.

CA.

De stupro, & peccis suprarioribus debitis.

I. Fornicationem consequitur stuprum, hoc aliud iustitiam monstrum. Exposita itaque fornicationis malitia, stuprum pravius describenda est. Stuprum in iure iuriprudencie varie. Interdum pro omni concubitu, sive adulterio, sive incestu, sive raptu, sive sodomia, accipitur, ut colligitur ex textu in leg. Stuprum ff. de ritu nuptiarum. Communiter vero sumitur pro accessu viri ad virginem, qui accessus est secunda luxuria species, de qua in presenti capite sermonem suscipimus.

II. Hæc stupri finitio eruitur ex S. Th. 2.2. quæst. cliv. art. 1. Stuprum est concubitus viri cum femina virgine, quo eius integritas deservatur. Dnas continet hæc definitio partes. Prior, concubitus viri cum femina virgine, distinguit stuprum a quacumque alia luxurie specie. Nam si concubitus fiat cum muliercula corrupta, est simplex fornicatio; si cum matre sodomia; si cum uxore, est adulterium. Altera pars, quo eius integritas deservatur, consummationem actus manifestat. Nam, si concubitus fit extra vas, & per copulam claustra virginem non infringantur, non stuprum, sed peccatum contra naturam erit.

III. Quæst. I. Perpetras ne stupri flagitium qui virginem consentientem, & sub cura parentum existentem violat? Resp. Negant Salmantienles tract. xxvi. cap. iv. punct. 1. num. 4. & pro eadem citant Valquez, Navarum, Lellium, Bannez, Suarez, Sanchez, Dicautilium, Fagandez, Trullenchum, Balseum, Caramuelum, Barbosa, Antonium a Spiritu sancto, Dianam, & alios. Propugnant hæc opinionem Salmantienles tanquam probabiliorum.

IV. Oppositam defendunt Caietanus 2. 2. quæst. cliv. art. 6. dub. 1. Azorius Tom. III. Lib. III. cap. xi. quæst. v. Suarez de Peccatis, disp. xxii. sect. 4. n. 6. Navarrus in Manual. cap. xvi. n. 3. Bonacina de Matr. qu. iv. punct. 17. num. 2. Corduba Lib. I. Q. qu. xiii. Filiucius Lib. XXX. cap. III. Lopez I. Part. Institut. cap. xxxiii. Sylvest. verbo Luxuria, Tabiena verbo Stuprum, & alii.

V. Quæstio hæc gravissima est, quomodo erit pendet restitutionis debitum. Si consensus liber virginis auferat stupri malitiam, nulla erit restitutionis obligatio. Contra restitutioni obnoxio suprarior erit, si virginis af-

sentus non oblet quominus stuprum perpetretur.

VI. Secunda sententia mihi non probabilior modo, verum etiam probabilissima, ac unice vera est, & contraria improbabilis.

VII. Eam conceptis verbis docet S. Th. 2. 2. q. cliv. art. 6. In virgine sub custodia patris existente quadam deformitas specialis occurrit, si corrumptur: tum ex parte puellæ, quæ ex hoc quod violatur, nulla passione conjugali procedente, & impudicitia legitimo matrimonio consequendo, & ponitur in via meretricandi, a quo retrahatur, ne signaculum virginitatis amitteret: tum etiam ex parte patris, qui de eius custodia sollicitudinem gerit, secundum illud Ecclesiastici xlii. Super filiam luxuriosam confirmata custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis. Et ideo manifestum est quod Stuprum, quod importat illicitam virginum desolationem sub cura parentum existentium, est determinata luxuria species. Clarior hæc doctrina explicat ibidem ad 3. Habet autem duplicem injuriam annexam. Unam quidem ex parte virginis, quam est NON VI CORRUMPAT, tamen eam seducti, & sic tenetur, & satisfacere. Aliam vero injuriam facit patri puellæ: unde & ei secundum legem tenetur adponam. Clarior adhuc, & brevior hæc sententiam docet art. 7. in corp. Stuprum, sine raptu invenitur, quando aliquis absque voluntate illatione virginem illicite desolat.

VIII. Doctrinam D. Thomæ exscribit, siveque calculo probat D. Antonius II. Part. tit. v. cap. vi. Nec peccatum stupri evadit ex hoc quod de voluntate puellæ, & parentum hoc agant, & ablata virginitate fornicationem cum eis committant. Ad restitutionem quod attinet, paulo ante hæc docet. Si desolat eam voluntariam, non tenetur ei. Patri autem tenetur, quia iniuriatus est ei. Unde in aliquo satisfaciatur, vel saltem eum placet. Si autem seduxit, puta promissionibus, & mendaciis, non videtur fuisse voluntaria. Invenit ergo, & seductam si consupravertit, iniungendum est sibi quod satisfaciatur ad arbitrium boni viri, vel eum ea componat. Voluntarius consensus virginis, a patria potestate soluta, tollit debitum restitutionis, sicut reatum stupri. Si parentum potestati subdita sit, reituentum parentibus est. Horum Sanctorum auctoritas prevalet auctoritati recentiorum, qui pro diversa sententia decernunt.

IX. Rationum momentis luculentissimis hæc sententia evincitur. Virgo non est domina sue integritatis naturalis, seu claustrum

S vir.

Conc. Theol. Tom. IV.

virginalis; sicut domina non est aliarum corporum partium, ita ut erure sibi oculos, abscondere manus, aut pedes valeat. Hæc enim membra ab Auctore nature recepit, ut eisdem utatur luxura honestatis leges. Ergo quemadmodum peccatit recidendo aliud corporis membrum, necessitate sublata; ita peccat, quando pudoris membrum sibi violari patitur. Hæc veritas adeo perspicua est, ut vel ipsi Ethnici innocuerit, quorum unus hæc scripsit.

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est;

Tertia pars data patri, pars data tertia matri;

Tertia sola tua est.

X. Porro quod desloratio virginis gravem irrogat eisdem patri, sub cuius tutela & custodia vivit, iniuriam, compertum est. Læditur quippe ius quod in filiam pater habet. Filia, usque dum per matrimonium, aut emancipationem libera evadit, iure naturali, & divino subdita est patrie potestati, regimini, & magisterio; ac veluti depositum quoddam est ab illo omni cura servandum. Qui furatur, aut lædit depositum, nonne damnus, & iniuriam infert depositario? Quod autem pater dominium habeat in filiam, argueatur eundem corporis integritatem custodire, Scriptura ipsa testatur. *Filia tibi sunt Serva corporis illarum.* Eccl. vii. Item cap. xlii. *Super filiam luxuriosam confirmata custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis.* Quamquam ergo virgo puella sine violationi consentiat, si tamen parentis ius tunc, semper suptrator ius parentum lædit, illisque damnus irrogat. Ergo præter luxuriam crimen, iniustitiae quoque peccatum perpetratur. Quare dubitandum non est eundem ad restitutionem damni teneri quando aut virgo, aut parentes, consentiente virgine, repugnant. Nulla itaque, ut ego quidem arbitror, probabilitate gaudet opposita sententia, quæ defendit, nullum committi stuprum, dum virgo consentiens violatur, tametsi sub potestate parentum constituta sit.

XI. Accedit, quod, etiam si parentes, & virgo consentiant, non propterea suptrator crimen stupri evadit. Quoniam virginis virtus peculiaris est, ab aliis virtutibus distincta. Peccata autem distinguuntur per oppositionem ad diversas virtutes. Ergo virginis desloratio semper deformitatem stupri adfert præter luxuriam flagitium. Nec virginis consensus impedit ordinis perversiorem, aut damnataque talem deslorationem consequuntur. Hæc

damna præter infamiam sunt flagitia futura. Per hæc quippe primam deslorationem puella in occasione *meretricandi*, ut inquit S. Thomas, constituitur. Pudor enim mulieribus strenum validissimum est, ab ipsa natura illius infusum. Hoc sublatum, facillime se prostituit. Cedo. Quando puella deliberate se deslorari passa fuerit, tenetur ne hæc circumstantiam in confessione pandere? Negant adversarii; stuprum tunc virginem committere, quod ius corporis domina sic. Sed hoc effusum iam præclusum est. Domina est ius corporis, sed iuxta leges a natura, & a Deo præscriptas. Dominium istud subiectum legibus est. Domina est sui corporis: ergo nullum peccatum perpetrabit fornicando, sese pollucendo? Si hoc dominium non tollit quin femina consentiens in pollutionem, in fornicationem, in sodomitiam, hæc flagitia perpetret; cur impedit quin stuprum virginitati oppositum committat? Nonne hinc evidenter apparet, futile esse adverteriarum unicum fundamentum, dominio proprii corporis arcelsitum? Hoc dominium, inquam, tollite rationem iniustitiae, non deformitatem fornicationis, aliorumque criminum. Verum vana responsio est. Quoniam sicut nullum est dominium in proprium corpus adversus legem civitatis, ita nullum est dominium adversus legem iustitiae, & virginittatis custodiende, & conservande extra matrimonii statum.

XII. Quid quod consensus mariti, vel uxoris non tollit adulterii malitiam? Siquidem Pontifex Innocentius XI. hæc sequentem propositionem damnavit, quæ est 51. *Capitulum conjugata, consentiente marito, non esse adulterium; adeoque sufficere in confessione dicere, se esse fornicatum.* Cur hoc? Quia conjugales dominium limitatum habent in propria corpora ad legis divina, & naturalis præscriptum, secus illimitatum. Possunt ius corporis uti iuxta sanctas matrimonii leges, mirum vero adversus eadem. Domino & virgo iniurata est, quo se valeat nupti tradere, & matrimonii sacramento virginittatem amittere; nullum vero habet dominium proprium pollendæ corpus, matrimonio præciso.

XIII. Tandem communis hominum sensus sententiam hæc nostram confirmat. Omnes quippe rationis lumen sequentes, & quorundam Theologorum disputationibus, ac inbillitatibus non preventi, peccatorem deformitatem in virginis desloratione intimo sensu experiantur, quam in fornicatione cum meretrice non agnoscunt. Quis Christiano-

rum,

rum, confici se virginem, licet consentientem, deslorasse, non explicat hæc circumstantiam in confessione? Allegat utique virginis consentiam; sed conditio ista criminis reatum solummodo minuit quantum unus est tutionis debitum: ceterum nemo unus est nature insinctum loquens, non sentiat quod virginis desloratione peculiararem malitiam a fornicatione simpliciter omnino distinctam. Stuprum quoque committitur, dum virgo ab alia femina violatur.

XIV. Obicitur 1. *Scienti, & consentienti non fit iniuria, nec dolus*, ut habet *regul. 27. de Reg. iuris in VI.* Ergo virgini consentienti nulla irrogatur iniuria. Resp. Non fit iniuria consentienti in iis quorum consentiens dominium habet. Sed probatum iam est, nullo virginem poltere dominio in suam virginittatem amittendam extra matrimonii leges. Laudata regula evincit, nullam restitutionem damni faciendam esse virgini consentienti, quoniam in hæc bona temporalia reple dominium habet. Nullo autem modo evincit, talem consentium auferre rationem iniustitiae legi, & virtuti irrogatæ.

XV. Obicitur 2. Virgo, non parentes, habet sui corporis dominium. Ergo pro sui libito abuti eodem valet. Resp. Iam ostensum est, virginem non habere dominium sui corporis illimitatum, sed subditum legibus. Quamobrem peccat, si membrum aliquod sui corporis, necessitate sublata, rescindat, aut rescindat patitur.

XVI. Obicitur 3. Quilibet virgo se inuipram consensio valet, iniuriis parentibus, quin illis iniuriam irrogat. Ergo & virginittatem proicere valet, quin damnus aliquod illidem inferat. Resp. Propterea consequentia est. Consensio virtutis virginittatis splendorem, non tenebras offundit paternæ domi. Nulla lex prohibet, immo suadet virginittatem. Virginittatis filia depositarius pater est, ut eam custodiat; secus ut eam perdat. Quare paritas inepta est.

XVII. Obicitur 4. Signaculum virginittatis in tenuissima membrana situm est. Hæc autem levis est corporis pars. Non ergo peccat puella hæc levissimam pellem dirumpens. Accedit, inquam Salmanticenses loc. cit. num. 6. *quod talis membrana non datur, ut dolissimi medici, & chirurgi consulti asseverant.* Resp. Argumentum istud chirurgica, non theologica solutione eget. Quid festivi, ne dixerim ineptius, quam gravem hæc controversiam theologiam medicæ disceptioni committere? Quid refert quod

clausum virginittatis aut in tenuissima pelle, aut in carnea membrana, aut in sola compressione orificii feminei vas situm sit? Hæc omnia perperam obtruduntur, ut deslorationis crimen minuat. Tenuissima est virginittatis clausum membrana; aut sola est feminei vas compressio: ergo virgo eam læcans, aut dilans non peccat? Peregrine. Ergo neque qui vi eam opprimit, hoc ex capite graviter delinquit. Qui enim rem leyem etiam vi ab alio surripit, non adfert ei grave dampnum: aut, si adfert, res quæ absolute reputatur levis, circumstantiis spectatis, graviter evadit. Sit ergo levis hæc membrana, sit tenuis hæc compressio, seu custodia virginittatis clausum physice spectata, in genere tamen moris res gravissima est, cuiusque læsio ingentem infert iacturam, gravemque infamiam.

XVIII. Obicitur 5. Si virgo saltando, aut digitis aliove instrumento proprium clausum virginittatis violaret, nullam irrogaret parentibus iniuriam. Ergo idem dicendum, dum virgini coitu virginittatem amittit. Resp. Negatur consequentia. Vel ipsi Stoici discriminis rationem percipiunt. Eiusmodi virginittatis violatio nullam infert patri infamiam, quoniam talis fractio illius fugit custodiam, & virginem non denigrat; secus autem accidit, dum virgini coitu virgo desloratur, ut communi omnium exultationem compertum est. Quod subdit Salmanticenses num. 10. *damna que parentibus obveniunt ex desloratione virginis filia, per accidens oriri ex desloratione, a perta falsitas est.* Immo, si non obveniunt mala, per accidens est. Ceterum desloratio virginis filiae suapte natura absoluta, & per se ingentem infamiam inferat paternæ familie adfert, ut communis sensus habet.

XIX. Hinc colliges 1. adversus eisdem Salmanticenses, alioque eundem sententia patronos, eum qui virginem consentientem desloravit, debere experiri hæc circumstantiam in confessione; iplamque virginem consentientem se ipsam acculare de iactura hæc virginittatis vite facta. Quoniam, ut probatum est, consensus non tollit stupri deformitatem.

XX. Colliges 2. adversus eisdem Doctores, idem dicendum esse de deslorationibus, & desiderii pravis adolescentis, cupientis deslorare virginem, & virginis cupientis deslorari ab adolescente; tametsi desideria seintia sint a violentia lecentia. Siquidem, ut diximus, vis adfert lecentiam, præter rationem stupri, debitum compensationis. Vi tamen

S 2 hæc

hæc deficiente, stupri species conficitur. Sed nulum debitum restitutionis; quando nulla omnino vis neque virgini, neque parentibus inferatur.

XXI. Quod opponunt Salmanticenses loc. cit. num. 12. consideratione dignum est. Inquit ergo: Si virgo teneatur pandere circumstantiam amissæ virginittatis, Confessarius deberet eam interrogare. Fac feminam quæ non est virgo, virgo tamen reputatur, se se accensæ voluntarie pollutionis, aut turpis delicti; flere autem circumstantiam virginittatis. Si Confessarius eam interrogaret, ut inde stupri speciem deprehenderet, occasio foret ut virgo mentiretur propter pudorem; & sic sacrilegium committeret. Ergo, *concludunt, nostra sententia, tum quia probabilior, tum quia animæ favorabilior, sequenda est.*

XXII. Hæc lententia, non animæ, sed concupiscentiæ favorabilior est. Doctrina quæ hic obtruditur, est unum ex potissimis inventæ laxitatis fundamentis. Quandoquidem si hæc argumentatio valeret, dicendum quoque esset, pollutionem non esse peccatum, eo quod plurimæ virgines erubescant illam confiteri. Hinc nemo non videt quam sit fallax, & univèrsæ Theologiæ infestum principium istud, quo plures recentiores ex difficultate aut confidendi peccati, aut ab eodem abstinenti, colligunt non deberi illud inter peccata numerari. Non ex moliebri pudore stupri pendendi, sed ex oppositione actus cum virtute erueda est peccati species. Non probabilior reputanda est opinio illa quæ humanis propensionibus favet, sed quæ conformior legi est. Verum de hoc plura alio in loco dicenda sunt. Satis nunc sit negare, adversariam sententiam aut probabiliorum esse, aut animæ esse favorabiliorum.

XXIII. Colligens. 3. Si quis virginem dolo, mendacio, falsis pollicitationibus, aut precibus importans in stuprum illecebrat, iuxta boni viri arbitrium satisfacere debet, ut communitur docent omnes, etiam adversæ sententiæ Auctores; quia preces importune, & pollicitationes, fraudæque vim inferunt. Si autem virgo sponte præbuit assensum, nihil eidem erit restituendum. Contra dicendum, si invitis patentibus fuerit violata, ut supra dictum est.

XXIV. Quæst. II. *Quæ pena constituta sunt in stupratores?* Resp. Tam ius divinum, quam canonicum, & civile penas constituit adversus stupratores. Ius divinum hanc constituit penam. Exod. cap. XXI. *Si deduxerit quis virginem necdum desponsatam, dor-*

neturque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare voluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam hæc eadem daturæ cap. 1. Si deduxerit de adult. & Supr. Quod si noluerit eam in uxorem accipere, Glossa ad cap. 11. Pervenit, addit, quod ad arbitrium iudicis corporaliter castigatus, excommunicatus in monasterio, in quo agat penitentiam, restitutus, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione sacerdotis. Advertendum, præceptum Exodi iudiciale esse, atque adeo cum lege molesca antiquitatem. Ius tamen canonicum illud adaptavit, hæc mitigatione adiecta, quod videlicet stuprator alterum, non utramque præstare debeat, nimirum aut ducere, ut dotare.

XXV. Supratores, si sint persone honestæ, iure civili puniuntur publicatione dimiditatis partis honorum; si abiectæ fuerint conditionis, fustigatione, & exilio plebi debent, ut habetur in *textu §. Item lex Iulia. Inst. tantum, & doli, sed vi etiam externa adnitiendi, ut ex *textu Inst. de public. iudic. §. 8. qui textus non solum virginis, sed etiam viduæ violationem comprehendit.**

XXVI. Quæst. III. *Quibus penis subiectus sit immaturo virginis deflorator?* Resp. Illa immaturo virgo nuncupatur quæ minor est duodecim annis; cum in hac ætate non est viri potens, seu apta ad coitum. Non una est de qualitate penarum sententia. Aliqui docent, puniendum eiusmodi stupratorum arbitrio iudicis, aliis exilio ad insulam relegandum, aut ad metalla dammandum. Communior opinio asserit dammandum esse poena mortis, si vi puellam læsere stupravit. Nam si qui Virginem maturam, virique potentem violavit, poena mortis multatur, potiori iure eadem poena plerendum est qui immaturam puellam compressit, defloravitque.

XXVII. Quæst. IV. *Quibus penis iure canonico subiectus est clericus virginem deflorans?* Resp. In foro interno decem annorum poenitentia punitur, ut habetur cap. Presbyter *dist. lxxxii.* quæ tamen poena constituta est in ipsos Clericos fornicatores. Clericus ergo stuprator deponendus est, aut poena pecuniaria dammandus, ut colligitur ex cap. Si quis Clericus, *dist. lxxxii. cap. Lator 2. quæst. viii.* Variâ nunc obtinet conclusio iuxta iudicis arbitrium. Nam interdum suspensione, quandoque depositione, & aliquando pecunia multatur: semper tamen dotare cogitur virginem

sinem stupratam. Si autem per vim scelerate virginem clericus violaverit, detrudendus ut nimis in monasterium erit.

XXXVIII. Hinc colligens, stupri flagitium mixti fori esse, quod a iudice tum laico, cum clericali potest potest; quando tamen stuprum sine vi perpetratum fuerit. Si enim vis fuerit illata, a iudice laico puniendus est laicus; si Clericus idem scelus patravertit a iudice clericali castigari debet. Sed hæc nihil ad nos. Quælibet enim gens suas leges peculiaris habet, ut consilio, & perturbatio vitetur.

CAPUT VIII.

De rapto.

I. *Terda luxurie species raptus est.* Communis istius criminis definitio est, *Violenta persone abductio de loco in locum expellenda libidinis causa.* Ad crimen raptus necessaria est vis illata aut persone abductæ, aut patri, aut matri, sub cuius custodia est. Quæ vis aut metu, aut precibus importunis inferri potest. Et quamvis virgo consentiat, si tamen invitis parentibus, vel tutoribus abducatur, raptus crimen committitur. Debet abduci de loco in locum, nimirum debet transferri de loco sub patria potestate extante ad alium locum qui sit sub potestate raptoris.

Hinc crimen raptus non committit qui personam violat in loco subdito patris potestatis: quamquam personam violandam duceret de una ad aliam cameram, aut angulum eiusdem domus paternæ, ut secretus, & commodius copulam haberet. In definitione *persona* ponitur, & non *mulier*: quia crimen raptus perpetrari non solum mulierem, siue virginem, siue nuptam, aut viduam rapit; sed etiam qui calculum explende libidinis causa abducit. Ultima particula *explende libidinis causa* distinguit raptum a plagio. Si enim abducatur siue mulier, siue vir, non libidinis, sed servitutis causa; plagium tum erit, non raptus. Flagitium raptus committit qui abducit personam de loco in locum violenter, explende libidinis causa, etiam si potest poenitentia ductus personam non violat, aut eam violat ipsa consentiente.

II. Quæ hæctenus dicta sunt, tradit Angelicus Doctor 2. 2. quæst. civ. art. 7. *Raptus, prout nunc de eo loquimur, est species luxurie: & quandoque quidem in idem convertitur cum stupro; quandoque autem invenitur raptus sine stupro; quandoque vero stuprum sine rapto. Concurrent quidem in idem, quandoque.* Conc. Theol. Tom. IV.

do aliquis violentiam inferat ad virginem illicitè deflorandam: quæ quidem violentia quandoque inferatur tum ipsi virgini quomodo patri: quandoque autem inferatur patri, sed non virgini, puta, cum ipsa consentiat per violentiam violentia, & raptus alio modo. Quis quandoque puella violenter abducatur a domo parentum, & violenter corrumptur: quandoque autem, etsi violenter abducatur, non tamen violenter corrumptur, sed de voluntate virginis, siue corrumptur fornicario concubitu, siue matrimoniali: quæviscumque enim violentia adsit, salvatur ratio raptus. Invenitur autem raptus sine stupro: puta si quis rapiat viduam, vel puellam corruptam.... Stuprum vero sine rapto invenitur, quando aliquis aliquæ violentia illatione virginem illicitè deflorat.

III. Raptus, prout est impedimentum dirimens matrimonium (si contractum tempore quo mulier rapta sub potestate raptoris manet) definitur a Concilio Tridentino sess. xxiv. cap. vi. *Violenta femine abductio de loco ad locum causa matrimonii.* De quo plura in tractatu de matrimonio.

IV. Disputant recentiores, quodnam peccatum committat qui vi illata cognoscit viduam, aut corruptam honestæ famæ luc potestata patria extantem. Alii contendunt, hæc violatorum raptus crimen incurere: quoniam præter luxuriam, iniustitiam committit. Ergo in aliqua specie luxurie constituit debet. Non autem lupri, cum copula non sit cum virgine: non sacrilegii, aut incestus, aut alterius speciei. Concludunt ergo, hoc crimen huius speciei raptus collocandum esse. Quare finitionem raptus mutant, eamque constituent in vi facti personæ, aut his sub quorum cura est, libidinis causa.

Auctores isti contendunt, ad rationem raptus necessarium hæud esse abductionem de loco ad locum. Verum propter hæc difficultatem, quam gravem vocant Salmanticenses loc. cit. *par. 5. num. 26.* non est a communi definitione recedendum. Ubi ergo non est violenta abductio de loco ad locum modo explicato, non est crimen raptus. Quis igitur per vim cognoscit viduam, aut corruptam honestæ famæ, grave flagitium committit, quod stuprum late acceptum appellari potest, seu crimen simplicis fornicationis, hæc assensum circumstantia necessario exprimens, immo obstringente ad compensationem iuxta arbitrium prudentis viri. In rapto crimen gravissimum constituitur sunt poenæ a iure tum